



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Liber Septimvs. [Non adulterabis.]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

# LIBER SEPTIMVS IN DECALOGVM.

## Non adulterabis.

**L**uxuria, quam hic prohiberi, ut certum supponimus, est vitium oppositum castitati per excessum, & versatur circa delectabilia tactus in rebus ad generationem fervientibus. Ejus species numerari solent, fornicatio, sacrilegium, adulterium, incestus, stuprum, raptus, peccatum contra naturam, quibus claritatis gratia, adde impudicitiam, quæ consistit in tactibus aspectibusque impudicis.

De his ego plura docui in methodo expeditæ Confessionis, lib. 2. c. 7. per totum, quæ certè hic repetenda non essent. Verum, ne manca sit præsens tractatio, & ne ad alios libros, in re tam frequenti, & quotidiana lector ablegetur, hunc ordinem servabo, ut in quolibet capite rescribam primo, quæ in Methodo citata docui, deinde cætera addam, quæ absolutam reddant tractationem.

### CAPVT PRIMVM.

#### §. I.

##### De Fornicatione.

**I**n methodo sic *aa* habes. Initium facimus à simplici fornicatione, quæ est prima luxuriæ species. Hic tamen multa aggerimus, quia hic fre-

quentiora; nam cæterum non raro in alijs luxuriæ speciebus, quas mox subiiciemus, eadem eveniunt.

*aa* In *Meth. expeditæ Conf. li. 2. c. 7. §. 4.*

2. Qui committit, per illicitam copulam, fornicationem, non satis explicat, dicendo, se peccasse contra castitatem, sed addere oportet, se copulam habuisse; *a* quia secus non explicatur malitia propria copulæ fornicariæ, quæ est diversa à malitia quacumque contra castitatem.

*a* de *Lug. di. 16. ac pæn. sec. 5. n. 238.*

3. Qui committit tria v. g. peccata, cum tribus sceminis ejusdem rationis, non tenetur declarare, fuisse tres sceminas, cum satis *b* sit, dicere, ter fornicatus sum. Ratio est, quia eadem est malitia, sive cum tribus, sive ter cum eadem, nisi forte aliquando id interroget confessarius, ut occasio proxima tollatur, quæ ex illa frequentia cum eadem timeri potest: de qua dixi in Methodo c. 1. §. 1. n. 5. & 6.

*b* *Bonac. de Sac. disp. 5. q. 5. p. 2. sec. 2. §. 3. diff. 3. prop. 3. n. 14.*

4. Peccatum cum filia Confessionis, nec ex se est sacrilegium, nec incestus, sed simplex fornicatio. *c* Quare, qui id commisit, satis est fateri, se fornicatum esse. Præscindimus autem à sollicitatione confessionis: nam sollicitatio ejus-



eiusmodi, est specialiter confitenda, cum sit contra reverentiam Sacramenti debitam. Præcindimus item, quando esse Confessarium, assumeretur ut medium ad peccandum, vel quid simile: tunc enim adesset nova malitia, vel contra reverentiam Sacramenti, vel contra similem virtutem.

*c* *Fill. t. 2. tr. 30. c. 5. n. 105. alij.*

5. Virgo, five vir, *d* five puella, *e* qui prima vice, voluntarie frangit virginitatem, non peccat peccato diverso à simplici fornicatione, secundum opinionem aliquorum: quare sufficet, fateri fornicationem, nec obligatur, virginitatem manifestare. Idem dic, si se polluat, si morosè delectetur, si vir desideret virginem, sine voluntate vim inferendi: in his enim non additur ex qualitate adjecta virginitatis, nova species malitiæ.

*d* *Fill. t. 1. tr. 30. c. 3. n. 71. e Sanc. de matr. lib. 7. disp. 4. nu. 5. Cominc. de Sacram. disp. 7. du. 4. n. 10.*

6. Fidelis peccans cum infideli, quantum est ex hoc capite, non peccat, nisi simplici fornicatione, ex opinione probabili: *f* licet etiam esse contra Religionem, idest, contra reverentiam Sacramenti Baptismi, non negem esse probabile. *g*

*f* *Axor. p. 3. l. 3. c. 29. q. 3. g* *Sanc. l. 7. de matr. d. 5. num. 12. De Lugo disp. 16. de pen. sec. 6. n. 36.*

7. Confirmo priorem probabilitatem: quia principalis ratio, cur dicendum foret, hoc esse peccatum speciale, est, quia Ecclesia, dum prohibet conjugium fidelis cum infideli, prohibet etiam quamcumque conjunctionem,

cum sit idem motuum, idest, ut pro reverentia nostræ Religionis, vitetur illa conjunctio, quæ est damnosa tum ipsi fideli, tum proli educandæ. Quæ est ratio Sanchez, *h* allata & approbata à Delugo, *i* Sed hæc ratio non multum urgere videtur: ergo &c. Minor probatur: nam primò, ubi unum prohibetur, non intelligitur & aliud, quantumvis simile, ut est notum in jure; multo plus, quia, secundo, intervenit non parva disparitas: nam in matrimonio est longè major conjunctio, quàm in copula furtiva. Tertiò, quia etiam sic intelligerentur specialiter prohibita, civile commercium, collocutio familiaris, imo & servitium infidelium, ex quibus oriri majus periculum sane potest. Fateor, esse peccatum, quando quis cum infidelibus (existente everfionis periculo, vel scandalo) familiariter degit: sed hoc non est illud, de quo agimus, sed quid commune ad omnes actiones periculo peccandi expositas. Quartò, cum totam hanc malitiam specialem ducant adversarij à prohibitione Ecclesiæ, prohibentis matrimonium fidelis cum infideli, sequitur, saltem regulariter, non esse novum formaliter peccatum: quia communiter talis prohibitio inculpabiliter nescitur, imo probabiliter, ut patet ex dictis, judicatur non adesse. Denique poena gravissimæ, legibus contra hoc peccatum constitutæ, ostendunt quidem gravitatem, sed non diversitatem specificam: sicuti poenæ constitutæ in homicidium qualificatum, v. g. proditorium, non ostendunt differre specie à non



non qualificato. Sed hæc satis, contra nostram brevitate scilicet consuetudinem.

*h. Sanc. ib. i. Delag. ib.*

8. Quid de sodomia cum infideli? Respondeo, idem videri dicendam, nempe abunde esse, si fateatur quis, commissam à se fuisse sodomiam; siquidem, ut ex dictis constat, non apparet, unde necessario deriveretur specifica diversitas.

9. Quando quis, cum sit frigidus, vel Eunuchus, cum aliqua peccat, debet fateri, se esse talem. Ratio est, quia tunc, non solum adest malitia fornicationis, sed etiam malitia contranaturalis, id est, finis generationis, atque inutiliter tum suum, tum famineum semen à tali frigido provocetur.

*1. Sanc. l. 9. de marr. d. 19. n. 8.*

10. Quando positivè invitans alios, sollicitasque, v. g. puellam, cum qua deinde peccas; aliqui sentiunt, non debere, te esse sollicitum explicare, te fuisse primum ad alliciendum: eadem enim malitia, licet non tam gravis est, quando non invitans, cum illa peccas; adhuc enim particeps es ejus peccati. Idem diximus in Methodo cap. 4. §. 1. nu. 3. de confabulantibus in Missa. Idemque dic de turpi colloquutione & similibus: neque enim, propter eandem rationem, te obligo, ad explicandum, an primus fueris? Quod si quis sollicitavit, sed deinde non processum est ad opus, vel certè multo post; debebit sanè Sacerdoti id subijcere, utpotè peccatum

sollicitationis distinctum ab ipso opere pravo.

*m. Jo. Sanc. in select. d. 1. num. 24. in fi. de Lug. de pœnit. d. 16. sec. 3. nu. 242. ex sententia Vasq. sed est contra Th. Sanchez in decal. l. 1. c. 6. nu. 14. & contra Bon. de Sacram. disp. 5. q. 5. p. 1. §. 3. diff. 3. n. 19.*

11. Quando quis in copula non servat debitum modum, sed vel à latere, vel sedendo, vel viro succubente; modo servetur vas naturale, nec sit periculum effundendi semen extra vas (id quod tamen raro esse solet, quia matrix saltem, partem majorem seminis attrahit: ) non est circumstantia necessario consistenda, quia id accidentale est copule; & in conjugatis, vel est veniale, si ob voluptatem, vel peccatum nullum, si in necessitate. *n. Sanch. de marr. lib. 9. disp. 16. num. 8.*

12. Qui incipit, nec absolvit copulam, debet explicare, quia licet, tunc sit fornicatio ex affectu, non tamen est re ipsa fornicatio, sed tactus impudicus. Qui item eandem copulam incipit, & deinde refilit, semenque dispergit, debet id explicare, quia adest tunc duplex malitia, id est, fornicationis ex affectu, & mollitici, qua, re ipsa, semen dispergitur, ut ex se constat.

*o. Sanch. ib. disp. 19. n. 3.*

13. Quando quis carnaliter, vel alio quocumque peccato peccat non est necesse p. explicare, se exposuisse periculo peccandi, ingrediendo domum v. g. puella, & deinde peccasse: quando enim hæc duo, id est, se exponere periculo peccandi, & peccare simul

concur-



concurrunt, nec inter ipsa tanta mora vel contraria q̄ intentio intercedit, quanta necessaria est, ad distinguendum unum numero peccatum ab alio, unum peccatum moraliter sunt. Nec potest obijci, esse quidem unum numero, sed includere duas species malitias; nec, inquam, hoc potest obijci, quia se exponere tali periculo peccandi, & eodem peccato peccare, ejusdem sunt speciei. Quod si intercedit prædicta mora, non est mirum, debere explicari, quia tunc sunt duo numero distincta peccata. Qui media ex se illicita adhibet, ut fornicetur, qua ratione fateri debeat, diximus in Methodo lib. 2. cap. 1. §. 10.

p̄ De Lugo disp. 16, de pen, sec. 12. n. 511.

14. De eo, qui ex consuetudine inveterata fornicatur, diximus in Methodo lib. 2. c. 1. §. 3. De recidivo diximus ibidem lib. 3. c. 3. §. 4. Eum qui cum magna contentione peccat, cum magna voluptate, cum tanta continua duratione, quia solum addit circumstantiam aggravantem; explicare eas circumstantias non necessario debere, diximus item ibidem cap. 1. §. 18. de circumstantijs aggravantibus.

### §. II.

#### Aditio.

**F**ornicationem esse peccatum mortale, & contrarium asserere esse hæreticum, decretum est in Clem. Ad nostram. De hæreticis; sed an si

solum prohibita jure positivo, an etiam jure naturali, atque adeo ex se sit intrinsecè mala, quaritur à Doctoribus. Et Durandus & quidam, alijque pauci putant, esse solum ex jure positivo: verum communis & omnium fere Doctorum sententia docet, esse ex lege naturali.

a Durandus in 4. dist. 3. q. 2. Martin, de magistr. q. 3. de luxuria. Caram, in Th. mor. à n. 16. 3. b Apud Val. r. 3. dist. 9. q. 3. p. 3. & Sot. li. 5. de just. q. 3. ar. 3. contendunt em esse errorem in fide contrarium, lege S. Thom. 2. 2. q. 114. art. 4.

Mihi duo sunt certa: primò, hanc communem, esse veram sententiam: secundò, data hac veritate, dicendum à nobis esse, dari rationem naturalem id certo probantem, sed ingenuè fateri nos debere, eam à priori nondum clare esse compertam. Ita solemus respondere, cum de cœli quibusdam occultis, cum de quadratura circuli, alijsque similibus, etiam in Philosophia disputamus, ea nimirum certa esse, certisque rationibus posse probari, verum eas nondum adhuc fuisse manifestè ab ullo propositas. Dixi (à priori) nam à posteriore, bb satis manifestè probatur, præsertim ex eo, quod si non esset jure naturali prohibita, in aliquo tandem urgentissimo casu posset in ea dispensari, quod nullo modo dici potest. Sed hæc Scholasticis enucleanda relinquamus. Nos quoad praxim.

bb l. Boss. r. 3. moral. ti. 24. n. 8. & de Pollutione, & n. 26. & 27.

Conclu-



## Concubinatus.

2. Dubitamus primò de concubinato, qui quamvis possit esse inter conjugatos, sacro ordine initiatos, Religiosos &c. & sic pertinere ad alias species, tamen, quia frequentius est inter solutos, huc merito illū reducimus.

Respondeo, concubinatus non fornicatio est, quando quis concubinam domi retinet, sed etiam quando foris extra domum, modo ad illam per modum habitus, ut libet, accedat. Vnicuique q; periculosum peccatū, propter continuationem peccandi, duasque pœnas habens; una est in foro interno, ut non possit concubinarius absolvi, nisi è domo eiiciat concubinam, vel si ea habitet extra domum, nisi firmiter proponat, ad illam non accedere, addita experientia alicujus temporis, juxta prudentiam Confessarij.

3. Quid si eiici non possit? de hoc alibi & non pauca dicta à nobis sunt, sicut etiam alibi & de modo, quo ejusmodi habitualia peccata sint apud sacerdotem deponenda:

c. In Meth. conf. li. 3. c. 3. adde Bonac. de mat. q. 4. p. 14. n. 22.

Altera pœna est in foro externo, Tridentinum f enim decrevit, ut concubinarius ter ab Episcopo admoneretur, qui, nisi resipiscat, excommunicetur; quod si per annum in excommunicatione perseveraverit, castigetur, concubina item ter admoneretur, quæ nisi resipiscat, eiiciatur à civitate, vel etiam ex Diocesi. De pœnis concubinarij lege Azor. g. concubinarius si sit Clericus, suspensioni hinc

subjacet, sed post sententiam, lege citatos.

f. lb. li. 2. c. 1. §. 7. g. Azor. p. 3. lib. 3. c. 6. h. Trid. sess. 25. c. 14. i. DD. cit. quibus adde Sayr. to. 1. clavis reg. lib. 8. c. 2. Graff. li. 2. c. 76. Tol. li. 1. c. 46.

## Copula cum vidua.

4. Dubitamus secundo, an copula cum vidua sit simplex fornicatio? Respondeo, ita; quia vidua soluta est; & licet Navarrus l. putet, hanc, si fornicetur, seu ut loquuntur jura, inhonestè vivat, amittere tutelam filiorum, ante sententiam judicis, probabilius tamen est, non amittere, nisi post sententiam.

I Navarr. in man. c. 27. n. 67.

Instas pro Navarro: vidua amittit tutelam per secundas nuptias, etiam ante sententiam, ergo & per vitam fornicariam. Respondeo, nego confessionem; nam illud prius expressè sic decretum est in jure, hoc posterius nequaquam.

5. Rursus eadem vidua si fornicetur intra annum luctus, etiam per unicum actum, amittit omnia bona, vel legata sibi ex liberalitate à marito relicta, sed post sententiam, n quia hæc est pœna. At si post annum luctus fornicetur, nihil amittit; o ratio est, quia jura loquuntur solum de anno luctus, cur ergo ad alios extendamus? Annum luctus jura civilia tantum faciunt, ac reverentur, ut si intra illum transeat vidua ad secundas nuptias, velint, p eam amittere legata sibi à vi-

T 2

legibus



legibus q̄ Canonicis est abrogata, quia  
cuiuslibet soluto matrimonium inire,  
liberum est.

n̄ Videatur omnino Sanc. de matr. li.  
7. d. 91. n. 2. o Gloss. in auth. de rest.  
§. si. v. maligne. Cov. in 4. Decret. 2. p.  
c. 7. n. 12. p̄ l. 1. C. de secundis nuptijs.  
q̄ in c. fin. de secund. nuptijs, & ibi In-  
nocent. num. 1. Hostiensis, num. 8.

6. Denique, si maritus usumfructū  
vel legatum relinquat uxori, si castē  
non vivat, ante sententiā legatum a-  
mittit, etiam in conscientia, quia in eo  
casu, illa non est p̄na, sed conditio  
à marito requisita. Illud noto, hoc,  
castē vivere, excludere omnem illicitam  
copulam (non r̄ ergo secundas  
nuptias) etiam unam vel alteram  
(sic mihi videtur, licet sciam, aliter  
aliquibus videri) imo etiam occultam.  
Ratio est, quia quamvis v. g.  
mentiri semel, non faciat mendacem,  
at in materia castitatis, p̄sertim re-  
spectu feminae, semel cecidisse, est, non  
castē vixisse; conijce ex eo, quod si sci-  
retur, usque ad mortem, ut inhonestā,  
reputaretur. Conijce rursus, quia  
si forte concipiat, jam per novem  
menses, dum habet in utero, inhonestā  
merito habetur: imo & semper  
deinceps, filio illegitimo existente teste  
luxuriæ matris. Cum ergo unus casus,  
etiam occultus, ex se ferat concep-  
tionem, & totius vitæ dedecus, cau-  
sabit in casu nostro exclusionem à le-  
gato debito castē viventi. Dixi (in ca-  
su nostro) nam quando illud, castē vi-  
vere, exposcitur non ut conditio, sed in  
p̄nam delicti, id quod ex verbis te-  
statoris colligi debet, probabile est

exposci, crimen esse alijs noturū, quia  
debet probari in foro externo, & re-  
quiri sententiā iudicis.

r̄ Molina, Sanc. Vasq. Dica. apud Di-  
an. p. 10. t. 15. ref. 21. C. Ros. silvest.  
apud Sanc. li. 7. de matr. d. 91. n. 32.

Est nihilominus probabilis contra-  
ria sententiā, t̄ idest, legatum reli-  
ctum uxori, si castē vixerit, intelli-  
gendum esse, non de turpitudine oc-  
cultā, sed de ea, quæ alijs sit cognita;  
ita ut scemina existimata tanquam ho-  
nestē & castē vivens, p̄ferat tibi in con-  
scientia iurari legatum. Ratio est, quia  
valde p̄sumi potest, virum respec-  
xisse ad honorem apud homines, non  
vero ad ipsam naturam turpitudinis.  
Idem propter eandem rationē esse de  
eā, quæ communiter reputatur vir-  
go, si virgini relinquatur legatum vel  
hæreditas, probabiliter u docent non  
pauci. Multo magis, si non recipien-  
do legatum, deberet propria turpitudi-  
nē palam fieri.

r̄ Castropal. t. 5. dis. 4. p. 13. §. 7. cui  
adhæret Dian. p. 10. tr. 23. ref. 8. alios  
citans, licet contrariam dicat esse proba-  
biliorem, vide etiam ib. tr. 15. re. 21. u  
Martin. de S. Joseph. Trullench. Layman,  
alijsq̄. ab eod. Dian. cit. d. ref. 3. versu,  
confirmitur hæc opinio.

7. Porro non puto, illud (si castē  
vivat) excludere omne peccatum con-  
tra castitatem. Unde si polluat, si  
impudicè tangat &c. dummodo non  
sit copula, poterit x̄ legatum conse-  
qui, quia, in locutione hominum  
communi, illud, castē vivere, excludit  
illicitas copulas, non vero ejusmodi  
ex se occultos turpitudinis actus. At-  
que



quæ id iam cōscientia; nam in foro externo, si forte ad illud deducantur ejusmodi impudici tactus, cum sint vehementes conjectura de copula, facile feminam à legato repellent.

x *Sayr. t. 1. Cla. l. 8. c. 2. num. 8. l. Sans. ib. n. 39. a Caslr. t. 5. dis. 4. p. 13. §. 7. n. 20.*

*Copulam non perficiens.*

8. Dubitamus tertio, an fornicans incapta copula possit, & obligetur illam incaptam non perficere, quamvis adsit periculum effusionis seminis extra vas? sed de hac re dicam, §.

u *Infr. c. 3. §. 5. n. 16.*

*Copula cum sponsa alterius.*

9. Dubitamus quartò, an copula cum sponsa alterius de futuro, sit fornicatio, an adulterium? Respondeo, esse fornicationem, x quia per sponsalia nondum sponsus jus in sponsæ corpus consecutus est. contra, quia jus hoc consequitur ad matrimonium, siue consummatum, siue etiam tantummodo ratum, ideo tunc adulterium erit.

*Ignorantia in fornicatione.*

10. Dari posse ignorantiam invincibilem circa præceptum non fornicandi, saltem apud Barbaros, & incultos, probabile est, quia non admodum manifestè illud deducitur ex primis principijs luminis naturalis. lege citatos.

z l. *Azor. p. 2. li. 3. c. 9. r. 1. Fas. l. c. in dec. c. 1. n. 14.*

## CAPVT SECVNDVM,

## §. I.

## De sacrilegio.

1. **I**N methodo sic a habes. Pergi-mus ad sacrilegium, quod duplex in hac materia est. Alterum quod contrahitur ex persona sacra, alterum ex loco sacro.

a *in Meth. exp. conf. li. 2. c. 7. §. 5.*

*Sacrilegium ex persona sacra.*

Quoad primum, quod est, quando aliquis, qui Deo per votum castitatis se consecravit, adhuc turpia quæcumque, v. g. mollitiem, fornicationem &c. non veretur admittere, certum est, ut ex Methodo cap. 1. §. 8, præsertim nn. 52. constat, non oportere explicare, an semel, an pluries castitatem voverit, quia id non addit differentiam specialem.

3. **Q**uestio igitur superest, an qui violat votum solemne castitatis, id explicare teneatur, an sit satis, sic fateri: violavi votum castitatis; quod est querere, an votum simplex, & solemne, (quod quidem solemne habent tum professi, tum Sacerdotes) differant specie?

4. Dico, esse probabilissimum, & tutumque in praxi, non differre specie, arque adeo solemnitate illam voti non esse necessario declarandam.

T 3

Ratio



Ratio est, quia utrumque votum eamdem Religionis virtutem aequè respicit.

b Sanc. li. 7. de matr. d. 27. n. 27. & lib. 5. in dec. c. 6. nu. 14.

Hinc Sacerdos non obligatur, in peccatis contra castitatem explicare sacerdotium, sed satis est, si dicat, se votum, castitatem violasse.

c Sanc. d. disp. 27. nu. 30. Fag. li. 4. præc. Eccl. 2. c. 3. n. 5.

Hinc Episcopus, & Generalis ordinis Religiosi, ex hoc capite (nam si adesset aliorum scandalum, juxta supra dicta de scandalo, aperiendum esset) in fornicatione v. g. non obligatur manifestare, se esse Episcopum, se esse Generalem &c. satis erit, si votum tantummodo manifestet. Hinc Religiosus non est obligatus explicare, se vel Religiosum esse vel Sacerdotem, sed satis est, si explicet votum. Hinc femina soluta v. g. peccans cum Sacerdote, Diacono, Subdiacono, vel professo, vel habente vota bienij Societatis Iesu &c. sufficit, si dicat, se cum eo, qui voto obnoxius erat, peccasse. Ratio horum est eadem, quæ præcedenti número dicta est.

d Sanc. d. disp. 27. nu. 33. quidquid dicat Fag. d. li. 4. c. 3. n. 8.

5. Sed jam exoritur alia difficultas, an qui habens votum castitatis, est causa inducens alios, ad turpiter peccandum, debeat suum tale votum explicare v. g. Petrus Sacerdos, vel Religiosus consilium dat, vel inducit Paulum & Antoniam nullo voto obstrictos ad illicitum congressum; debetne Sacerdos ille, cum eam inductionem fateatur, explicare, se esse Sacerdotem?

Respondeo, non debere: & ratio est, quia votum non videtur se extendere, nisi ad obligandum voventem, ne ipse in sua persona delectationes venereas admittat, non vero, ne alios ad easdem inducat; propriam enim, suamque castitatem promittit, non alienam.

e Sanc. l. 5. in decal. c. 6. num. 10. in simili.

6. Hic denique nota, novitium, qui nondum ulla vota emisit, non obligari, patefacere; se esse novitium, si forte peccet contra castitatem, quia donec vovent, novam speciem peccati non committit.

De peccato cum filia confessionis, an sit sacrilegium, explicandum Confessario; dixi superius §. 1. uu. 4.

#### Sacrilegium ex loco sacro.

7. Iam vero, quoad alterum genus in hac materia, quod est, quando in loco sacro ejusmodi turpia perpetrantur, sciendum est, per voluntariam pollutionem, seu seminis effusionem, quando notoria est, pollui Ecclesiam, & reconciliatione indigere. Certum autem est, copulam illicitam, & quamcumque illicitam seminis effusionem in loco sacro habitam, si sit notoria, superaddere peccato rationem sacrilegij, in confessione patefaciendâ.

8. Sed quid primò, quando copula est occulta? Respondeo, licet fœdior, & probabilior sententia sit, etiam tunc esse sacrilegium, tamen probabile etiam est, non esse, atque adeo in confessione minime explicandum. Ratio est, quia in tantum

est sa-



est sacrilegium, in quantum polluitur Ecclesia: at non polluitur per oculatam copulam: ergo &c. Quando autem fuit occulta copula, sed deinde post aliquot dies, v. g. facta est notoria: polluitur quidem Ecclesia in foro externo, indigetque reconciliatione, at copula præcedens non fuit in foro interno sacrilega, nec ab illa, quia occulta, fuit Ecclesia violata.

Et Suar. t. 1. de rel. l. 3. c. 7. num. 4. Sanchez. li. 9. de mat. disp. 15. n. 11. Bon. de matr. q. 5. p. ult. n. 7. B. Vasq. t. 1. p. 2. disp. 98. c. 3. nu. 6. Basil. Pont. de matr. li. 10. c. 10. nu. 15. citans alios & dicens esse sententiam comm. DD.

9. Quid secundo, si copula sit licita, id est, conjugalis? Respondeo, si adsit necessitas, non esse sacrilegam: de qua vide Sanchez, h & nos dicemus paulo infra c. 3. §. 5. nu. 40.

h Sanc. li. 9. de matr. disp. 15. n. 11.

10. Quid tertio de osculis, tactibus, & locutionibus turpibus, sine effusione seminis, in Ecclesia publice factis? Respondeo, non esse ex hoc capite sacrilega, unde nec specialiter in eorum confessione sacer locus aperiendus: Ratio est, quia hoc sacrilegium committitur ex eo, quod violatur Ecclesia (quæ quidem violatio per sacros Canones inducta fuit) at per solostactus quomodocumque impudicos, quamvis cum pollutionis periculo (modo pollutio non sequatur) non violatur Ecclesia, ergo &c.

i ibid.

11. Notanter dixi (ex hoc capite) non enim est negandum, l si quis hæc vel similia exerceat in loco sacro, cum

magna Ecclesiæ irreverentia, ut si meretricem publicè ante altare impudicè quis tangeret, si in sacro templo lascivas comædias repræsentet &c. non est inquam, negandum, ab hoc sacrilegij scelus in sua propria specie committi, n. etiam seclusa omni humana prohibitione. Ratio est, quia esset gravis irreverentia divini cultus, atque adeo ipsius summi Dei notabilis injuria.

1 De Lugo disp. 6. sec. 10. nu. 67. na Bon. cir. 1. dec. pr. q. 6. nu. 14. & alij passim.

Peres, quid intelligitur, ad hunc effectum, nomine loci sacri? Respondeo, quamvis ad effectum refugij, latius loci sacri nomen intelligatur, includatque n non solum Ecclesiam ipsam, capellasque suas, sed etiam Sacristiam, Monasterium &c. At ad effectum constituendi sacrilegium, tum in homicidio, tum in furto, tum hic intelligitur sola Ecclesia, & solum cœmeterium, hoc est, Ecclesia cum suis capellis consecrata, aut saltem ab Episcopo benedicta, sacris Officijs, aut sepulturæ fidelium deputata.

u Sanc. li. 9. de matr. disp. 15. nu. 23. & 12. o Sanchez. ib. à d. n. 23. non ergo oratoria secularium privata, etiam si ibi celebretur, ex licentia Pontificis. Sanc. ib. num. 39.

13. Denique adverte duo. Primo, non addere novam p sacrilegij speciem, circumstantiam temporis sacri. Sive igitur die festivo, sive die veneris sancti commissum fuerit peccatum, nã est necesse, ejusmodi temporis in confessione meminisse, nisi fortè ex alio capite, Deo, ejusque cultui irre-

verer-



verentia aliqua notabilis irrogaretur, q ut si quis v. g. ludos publicos, vel comœdias & ludicra spectacula exhibere in die veneris sancto, v. g. vellet, id enim esse contra Dei reverentiam, nemo dubitare debet.

*p De Lugo disp. 16. de pen. sec. 22. n. 523. § 1b. num. 5. 4.*

14. Secundò, nec ex r se lsuperad- dicitur similis sacrilegij malitia, ex eo, quod quis peccet gestando sacras Reliquias. Ratio est, quia non videtur tam gravis irreverentia.

*r Fill. t. 2. tr. 20. c. 7. nu. 129. apud Dian. p. tr. 7. ref. 18.*

15. Quid, si Sacerdos, v. g. portans sacram Eucharistiam, vel primò copulam carnalem haberet, vel secundo infamaret, seu furaretur, seu quod simile peccatum patret? Respondeo, in primo casu magnam irreverentiam agnosco, unde & grave speciale sacrilegium contra Religionem commissum, atque adeo Sacerdoti subijciendum. In secundo tam gravem irreverentiam non video. Nec novum est, non omnia peccata æqualem turpitudinem continere: nam propter eandem rationem, seum, qui valde impudica ante altare exercet, modo n. 11. à sacrilegio non liberavimus, liberamus tamen s alia peccata, non ita turpia, committentem.

*f Axor. t. 3. c. 27. q. 15.*

### §. III.

*Additio.*

**V** Num hic addendum super- est. contra eos, qui rapiunt, vel sollicitant, vel corrup-

punt moniales, quod est committere sacrilegium ex parte feminae, fulminatur in jure Canonico a pena capitalis, & item sacrilegi bona Monasterio deputantur. Nota illud, *vel*; significat enim eandem incurri penam, etiam si raptus non adfit, nec sollicitatio, & etiam si adfit sollicitatio sine raptu &c. *v. c. si quis raperit. 27. q. 1.*

Duas esse numero malitias in Sacerdote seu professo, peccante cum professa, speciatim aperiendas in confessione, dicam mox capite sequenti §. 1. num. 2.

De Sacerdote graeco uxorato, an sacrilegium committat, si alias tangat, dixi in superioribus. *b*

*f Axor. t. 3. c. 27. q. 15.*

## CAPVT TERTIVM

### §. I.

*De Adulterio.*

**I**N Methodo a sic habes. Certum est, conjugatum turpiter peccantem cum soluta, vel contra, debere explicare, se esse conjugatum, quia tunc adest nova species, nempe adulterium; sed quaestio est, an quando conjugatus cum conjugata (& idem quaeritur, quando professus seu sacerdos cum professa) peccat, explicandus sit status utriusque? an satis sit, dicere, commisi adulterium, sacrilegium &c.?

*a in Meth. Conf. li. 2. c. 7. §. 6.*

2. Dico, non esse satis, sed adulterium, vel sacrilegium ex parte utriusque esse perpetratum, fore necessario explicandum. Ratio est, quia *b* tunc

*duo*



duo sunt commissa peccata, alterum quo quis peccat in sua persona, alterum, quo cooperatur cum alia, ut illa in propria persona peccet.

b *De Lugo disp. 16. de pœn. sec. 3. n. 258.*

3. Sodomia, cum conjugate etiam sua, est adulterium: & denique bestialitas, sodomia, & similia delicta uxori, etiam cum solutis, sunt adulteria, ut item mollities, atque adeo explicanda. Idem dicitur de osculis, & tactibus impudicis &c. Ratio est, quia in his semper injuria fit conjugati.

c *Sanch. l. 9. de matr. d. 18. num. 4. Azor. to. 5. l. 4. c. 23.*

De delectatione morosa conjugati, vide infra lib. 10. cap. 3.

4. Superest hic, tanquam in suo loco, quærere, an qui sponsam habet de futuro, id explicare debeat, si contra castitatem peccet? Respondeo, De hac re dixi paulo superius c. 1. §. 2. n. 9.

## §. II.

*Additio.**Sodomia Conjugati.*

**D**ixi §. præcedenti num. 3. Sodomiam cum propria conjugate, esse item adulterium; unde sequitur, speciatim esse in confessione declarandum. Iam ex hoc emergit difficultas, an satis sit, ejusmodi scelus sic patefacere? Peccavi contra naturam cum conjugata. Respondeo, non esse satis; b addendum enim necessario est, eam conjugatam fuisse propriam. Ratio est, quia se-

cus, explicaretur peccatum, quod non commisit: per illa enim verba, *peccavi contra naturam cum conjugata*, significatur, quod alter vir injuriam passus per te sit. Dices; addat pœnitens, se cum conjugatis peccasse, viro consentiente. Respondeo, at sic significatur, injuriam factam esse contra propriam pœnitentis uxorem, quasi vero pœnitens abusus fuerit uxore alterius, non vero uxore sua. Replikas. Addat, se cum conjugata peccasse, propria ipsius pœnitentis uxore consentiente. Respondeo, at sic imputaretur propriæ uxori peccatum, quod non commisit, nempe eam cooperatam esse cum peccato uxoris alterius viri, quæ uxor alterius per hæc verba significatur Sodomiam esse passam.

a *Quidquid dicat contra Sanc. & alios Machadus apud Dian. p. 7. tr. 12. ref. 23. b Sanc. lib. 9. de matr. d. 18. nu. 4. & 5. Pontius apud Castr. disp. 3. de matr. p. 4. §. 3. nu. 17. Bossius p. 3. moralium tit. 23. sec. 11. nu. 32. c In Meth. Conf. li. 2. c. 9. §. 2.*

2. Obijcis. Dicendo, peccavi contra naturam cum mea conjugate, notam infamiam apud Confessarium inuro eidem conjugati: Respondeo, de hac tota re alibi dictum est universim.

## §. III.

*Adulterij Pœna.*

**N**Vlla pœna spiritualis, qualis est excommunicatio, irregularitas &c. ex adulterio, factam ipso facto, incurritur; temporales autem sunt quinque. Prima, ut

V

dos.



dos, & donata propter nuptias amittantur. Secunda, ut amittatur jus petendi debitum conjugale. Tertia, ut incurratur aliquando obligatio restitutionis. Quarta, mors à iudice infligenda adulteræ, non autem adultero. Quinta, ut propter ipsum adulterium possit fieri divortium. De hac quinta in tractatu de matrimonio; quarta pertinet ad iudices externos; de tertia & secunda hic nostrum erit, nonnulla delibare. Denique prima, quamvis pertineat item ad eosdem iudices, quæ tamen de illa nobis videbuntur necessaria, nõ prætermittemus.

z. Primo ergo, licet adultera uxor amittat dotem, (non vero in iure communi b paraphernalia) eamque vir lucretur post sententiam (nam ante sententiam solum potest eam retinere, si forte ejus habet possessionem, non vero ab uxore possidente eripere ante sententiam) tamen, si vir, adulterante uxore, & ipse adulteretur, non amittit dotem uxor, quia, ut habet textus, *Paria c delicta mutua compensatione dissolvuntur.*

a Covar. in 4. Dec. p. 2. c. 7. §. 6. num. 1. Menoch. li. 2. de arb. casu 287. afferentes jura. b Sylv. v. adulterium, q. 6. l. Sanc. lit. 10. de matr. diff. 8. n. 10. qui notat aliud ex iure Regni Castellæ. c l. viro. ff. sol. matr.

3. Hinc fit, ut vir occultè adulter non possit in conscientia uxorem publicè adulteram accusare civiliter, & dotem acquirere; quod si acquirat, tenetur in conscientia, restituere. Ratio est, quam tangit Sylvester, d quia leges disponunt, applicare dotem viro

non quidem adultero, sed innocenti, d Sylv. v. dos qu. 15.

4. Quid, si post dotem ipsi applicatam à iudice, vir adulteretur? Respondeo, tunc non teneri, eam uxori restituere, saltem ante sententiam iudicis, quia ex una parte eam jam fecerat suam, & ex alia, hæc est pœna &c.

Dixi (accusare civiliter) nam criminaliter, hoc est, ad damnandam adulteram, etiam morte, potest: & quia, quoad criminalia, sunt impares uxor & vir, in hoc delicto: uxori enim sub pœna mortis, non autem viro adulterium prohibetur. De pœnis adulterij, præter citatos, vide Azor. f e Sanchez. li. 10. de matr. diff. 8. nu. 33. quidquid alij ibidem contradicant. f Azor. p. 3. li. 3. c. 8.

5. Secundo, adulter amittit per leges g jus exigendi debitum conjugale ab uxore. unde sequi videtur, peccare adulterum, si suæ conjugis conjugatur, quia sine iure jungitur. Dico tamen, id non h sequi, quia hæc est pœna, ad quam incurrendam requiritur accusatio partis & sententia iudicis. adde, conjugem innocentem, quando fortè scit adulterium sui conjugis, posse remittere injuriam sibi factam, & sic innocentis jus non offendi, quia volenti & consentienti nulla fit injuria, lege Sanchez, i qui optimè declarat, quando esset scandalum, retinere apud se conjugem adulteram, quid faciendum innocenti, ne videatur cooperari cum adulterio.

g l. Nav. in summ. c. 22. nu. 23. h Sotus in 4. dif. 16. qu. unum. art. 6. i Sanchez. li. 10. de matr. diff. 13. præsertim à n. 10.

6. Ter-



4. Tertio, conjux innocens potest negare debitum adultero, quia nimirum frangenti fidem, fides non debetur: debet autem esse certus conjux, saltem per vehementem suspicionem, de alterius adulterio; si enim dubia, vel etiam probabiles essent conjecturae, negare debitum non posset, quia nemo est spoliandus jure, quod possidet, propter dubium, vel probabilitatem, ut late diximus *l suo loco*.

*l li. 1. in decal. c. 3. §. 6.*

Dixi (conjux innocens) nam si & ipse adulter sit, negare debitum licite nequit, quia jam injuriae adulterij compensatae invicem sunt.

7. Quoniam vero conjux innocens potest, si velit, injuriam sibi factam remittere, & reddere debitum conjugis adulterij, ut modo dictum est, quaruntur duo. Primum, an sufficiat, remittere mente, atque adeo nihil sciente conjugis adultero de tali remissione? Secundum, an si semel idem innocens remisit, possit in posterum negare debitum, ex vi adulterij, non quidem novi (tunc enim posset sine controversia,) sed ejus, quod remissum est?

Respondeo ad primum, sufficere, *m* quia ejusmodi remissio non est donatio, vel similis contractus, ad quorum valorem requiritur acceptatio, sed est veluti cessio quadam juris, ad quam sufficit ipsa mera renunciatio; hac enim polita, statim jus competit cessionario: sicuti renunciata hereditate, statim, sine alia acceptatione, competit substituto hereditas: sic ergo, *m* remissione à conjugis innocente,

statim adultero competit jus petendi, quod erat per illam injuriam adulterij impeditum.

*u Sanc. li. 10. c. 10. de matr. c. 14. num. 1.*

Respondeo ad secundum, non *n* posse deinde negare debitum, nec accusare adulterum. Ratio est, quia injuria semel remissa reviviscere nequit, & dare jus negandi &c.

*n Idem ib. num. 1.*

8 Porro hæc remissio duobus exhiberi potest modis: primo verbis, secundo factis, quod secundum sit, quando sponte, & nulla necessitate exigente, innocens sciens adulterium, alteri copulam reddit, vel petit, vel ridet, confabulatur, & similia amoris indicia exhibet cum adultero. Spontè, inquam; si enim vi, vel levi etiam metu *e* hac præstat, non est æquum, innocentem privari suo acquisito jure, & sibi præjudicare, cum nemo in necessarijs præsumatur *p* liberalis.

*o Sanc. li. 10. c. 14. nu. 15. p l. rem legatam. ff. de remittendo legato.*

9. Ex hoc autem alia enascitur controversia. Si enim innocens det signa illa amoris, vel copulam reddat petatve, statimne intelligetur, vere remittere, atque adeo non posse amplius in conscientia negare debitum vel accusare? Dico (in conscientia) scio enim, in foro externo, q ea signa haberi pro omnimoda remissione, & consequenter, illis exhibitis, repelli à iudicibus accusationem.

*q Sanc. li. 10. d. 14. à nu. 6.*

10. Respondeo, triplici modo se gere-

V 2

tere.



rere potest innocens, dum ea signa sponte exhibet scienter: primo, animo vere remittendi: secundo, animo, nullo modo remittendi. Tertio, abstrahendi ab utroque, hoc est, exhibet quidem illa, sed nec habendo animum expressum non remittendi: Si primo modo, jam vere remittit, & inde fit, ut non possit amplius in conscientia negare debitum, vel accusare, quia jam remissio injuriæ satis superque facta est, quæ, ut modo diximus, nunquam reviviscit.

11. Si secundo modo, cum tunc verè innocens non remittat, remanebit in suo jure, atque adeo negandi debitum, & accusandi. Dices: at, qui fictè promittit, obligatur ad damna secuta ex fictione, ergo & qui fictè remittit. Respondeo, ex hac ficta remissione nullum damnum adulter patitur, solum enim reddere copulam debet, & pati illa amoris signa, quæ in hominum existimatione, damna non sunt.

*r. Sanchez, li. 10. de matr. d. 14. n. 21.*

12. Si denique tertio modo se gerat læsus conjux, putat Sanchez, eum non posse negare debitum, vel accusare, quia ea signa amoris tam voluntariè suscepta sunt vera remissio. Nec est eadem ratio (inquit) de professione Religiosa, quæ requirit actum positivum profitendi: quare si fiat animo simili negativo, seu præcisivo, non est valida, non est, inquit, eadem ratio: primo, quia ad professionem requiritur expressissima quædam voluntas profitendi, cum sit susceptio novi status: secundo, quia illa amoris signa majorem habent connexionem cum

reconciliatione, quàm ipsum exercitium actuum professorum habeat cum ipsa vera professione. Hæc Sanchez, quæ tu, sapiens lector, expende; ego enim expeditam disparitatem nondum introspectio.

*f. Sanchez, li. circa fin.*

#### §. IV.

#### *De restitutione damnorum ex adulterio.*

1. **C**æsar locuples juvenis suscipit filium ex Maria uxore Pompeij, paribus fortunis orinati, quem ratus Pompejus suum esse primogenitum, aluit per multos annos, & tandem contulit eidem majoratum, posthabito vero primogenito, quem non multis post annis cum eadem Maria legitime genuit: ad quid ergo obligabimus Cæsarem & Mariam adulteros, tanti damni causas? Si enim nullum damnum reale subsecutum fuisset ex adulterio, ad nullam pecuniæ restitutionem eos esse obligatos, scimus omnes. Prius de adultero, mox de adultera seorsim. Nec derit interim resolutio de filio ipso jam grandiusculo, si forte sciat, se esse ex adulterio.

#### *Adulteri obligatio.*

2. Hac in re certum sit primo, si maritus forte adulterium sciens, exigat satisfactionem pecuniæ pro ipso adulterio, adulterum posse renuere, quia id prohibitum est, *l. transigere, ff. de transactionibus*. Quod si occulte adulter



adulter velit satisfacere in pecunia, potest maritus in conscientia illam retinere, quia hæc est compensatio sine lenocinio, ut suppono: leges autem solum in foro externo satisfactionem illam vetant, ne detur ansa lenocinijs.

3. Certum sit secundo, adulterum nisi certus moraliter sit, illam esse suam prolem, ad nihil obligari. Ratio est, quia in dubio melior est conditio possidentis. Illud autem hæc in re certum moraliter censeretur debet, quod ita prudenter creditur, ut oppositum nullo modo videatur probabile.

a *Less. li. 2. c. 10. d. 6. num. 50. Sot. Navar. Dicast. eosd. cit. to. 2. tr. 2. de just. d. 7. dub. 11. n. 100.*

4. Certum sit tertio, si adulter aliquo modo suaserit, ut adultera prolem susceptam supponeret marito pro sua, teneri in solidum, & ex æquo cum ipsa adultera, tum de alimentis, tum de hæreditate. Ratio est manifesta, quia tunc adulter est per se primo causa damni consecuti: quando enim consilium est in consulentis & executoris commodum, uterque tenetur b æque primo, pro rata, & in defectu alterius, singuli in solidum, hoc est, in totum.

b *Less. ib. d. 5. n. 41.*

5. Certum sit quarto, si adulter sit certus de sua prole, licet non suaserit suppositionem, teneri per se ad alimentum (quæ hæc sunt, superius c dixi) Ratio est, quia ipse est nunc verus pater, & illi incumbit, alere filium: dico, per se; nam adesse suas interdum excusationes, ex mox dicendis à num. 2. colligetur. Superest igitur, decernere de majoratu, vel fideicommiss-

so, vel etiam de parte hæreditatis, quàm fortè aliquis similis spurius, ac si legitimus esset filius, acquirit.

6. Dico, esse probabile, adulterum certo noscentem suam prolem, ac non procurantem, ut ea supponatur pro legitima, non teneri ad restitutionem dictæ hæreditatis &c. probabile etiam esse, teneri. Ratio posterioris dicti est, quia probabiliter censent non pauci, hunc adulterum esse causam directam, proximamque illius damni filiorum.

d *Sot. Henr. Dian. alijsq. rec. apud De Lug. de just. t. 1. d. 13. sec. 2. n. 10. Dicast. l. mox cit.*

Ratio prioris est, quia contrarium autumant alij, e contendentes, hunc esse causam per accidens, indirectam & remotam: addunt, solam matrem esse causam proximam illius damni, dum adulter nec suadet, nec procurat; habe exemplum: si Petrus v. g. furetur à te tuam suppellectilem, tu vero ad eam compensandam, fureris pecuniam à tertio, Petrus non tenetur ad restitutionem pecuniæ, sed solum suppellectilis per ipsum ablata: ita adulter est quidem reus adulterij, sed non furti, seu majoratus v. g. injustè collati filio spurio: hoc enim furtum sola adultera, occasione adulterij committere videtur. Vtraque opinio, saltem propter bonos auctores, probabilis ee est.

e *Less. Vas. Mol. Turr. Rebellius alijsq. communiter apud eundem de Lugo, quos ipse sequitur ib. ee legatur etiam Dicast. lib. 2. de just. tr. 2. d. 2. d. 7. à no. 165.*



*Obligatio adultera.*

7. Dico, *f* eam per se esse obligatam ad restitutionem omnium damnorum, per se filijs legitimis provenientium. Ratio est, quia ipsa est immediata causa, cur maritus & filij legitimi credant, illum esse verum filium, atque adeo ea damna patiantur.

*f* *Les. li. 2. c. 10. d. 7. Vasq. Mol. Tur. alij, apud de Lug. de just. dis. 13. sc. 3.*

Tenetur ergo juxta regulas universales, vel ex suo peculio moderatè expendendo, vel filium ad religionem inducendo, vel simili quopiam modo procurare, ut, quantum potest, damnum caveatur, vel resarciatur.

8. Dixi autem (per se provenientium) nam debet restituere veris filijs ea omnia, quæ ipsis tanquam filijs debentur: tale est fideicommissum, majoratus, hæreditas avi, avunculi, consanguineorum, si fortè hæc collata fuerint filio spurio. Contra, non opus est restituere, quæ filijs veris non debentur. Si quis enim putans, illum spurium esse verum filium, aliquid ei donet liberaliter, quod forte non dedisset, imo dedisset veris filijs, non obligatur mater, id veris eisdem filijs restituere, quia id non est damnum per se, sed multum per accidens, proveniens ipsis, qui jus in eam donationem liberalem non habebant.

9. Dixi iterum (per se esse obligatam) nam excusari potest sex capitibus, quorum secundum solum excusat à manifestatione sui adulterij, non

vero à restitutione bonorum, si alia excusatio non superaddatur.

Primo igitur excusatur, si non sit certa de prole adultera, ut modo diximus de adultero. licet enim raro id mater ignoret, potest tamen contingere, ut propter vicinitatem copulæ adulteri & mariti, prorsus ignoret, vel ambigat saltem.

10. Secundò, si non sit moraliter certa, se posse spurio persuadere illegitimitatem, cui certè non tenetur communiter fidem habere contra se filius, eum possit suspicari, matrem alijs filijs velle favere. Quando ergo filius non tenetur credere, & ex alia parte prævidet mater, nihil se profuturam, frustra esset illa manifestatio.

Signatè, dixi (communiter non tenetur) nam si filius convinci possit, ut quia est multa fide mater digna, vel testibus, aliove modo eadem mater probet, toto tempore partus spurij abfuisse maritum, tunc sanè & tenetur filius credere, hæreditatemque respicere, & mater tenetur, nisi aliunde adsit excusatio, veritatem patefacere: quia ipsa tenetur ponere omnia media, apta ad resarcienda & non continuanda damna filiorum.

11. Tertio, si filij, vel maritus remittant obligationem. Et sanè, nisi aliquid multum grave obset, facile potest præsumere ejusmodi remissionem mater, & sic nihil manifestare. Nam maritus potius censetur velle nescire adulterium uxoris, ne subeat tantum dedecus, periculumque invadendi adulterum adulteramque, quam amittere aliquid ex bonis fortune: Et

*f* *lij,*



filij, præsertim ingenui, præsumuntur potius nolle suam matrem à tanta obligatione urgeri, quam aliquid fortunarum amittere.

12. Quædam sic se liberavit: habebat ea filios tres, quorum unus erat ex adulterio; & quia ab illis nihil sibi timebat, sic eisdem est allocuta: *Vnus vestrum non est legitime conceptus, si eum nominatim compellavero, ab hæreditate necessario depelletur: his auditis timuit quisque sibi, ne spurium declararetur, quare omnes exorarunt à matre silentium, spuriumque, quicumque is esset, sibi invicem cedentes, in partem hæreditatis admiserunt. Huic remedio obstat unum, ait Covaruvias, g nam filij legitimi metu coacti, adeoque minus sponte consentire. Approbo dictum. Verum si omnes vere id, & ex animo, non autem ex metu fecissent, idque explicitè declarassent, se scilicet cedere propter amorem matris, vel ob reciprocam benevolentiam inter se, simul eadem in domo educatos, tunc admittatur remedium, quia sic ex omni parte est voluntaria remissio.*

g Covar. in Reg. peccatum p. 1.

13. Quarto: si mater suis bonis, vel alio modo possit, velletque compensare sufficienter pro omnibus damnis per se provenientiibus; quia hoc modo, jam habent filij æquivalenter, id quod accepit spurium.

14. Quinto: si sit periculum vitæ, vel similis mali: hoc enim existente, nemo obligabit adulteram, ut se prodatur, quia vita nullo pretio est æstimabilis, & quia in extrema necessitate omnia sunt communia,

15. Sexto: denique si sit periculum infamiæ, quia fama est superioris ordinis, & merito rebus temporalibus præferenda. Sane hæc excusatio frequentissima est: deficit interdum nihilominus: quando scilicet mater est prostituta famæ, vel etiam, quando se deberet solum prodere apud prudentem filium, vel apud paucos; & ex alia parte, damnum esset tam grave aliorum filiorum, vel Reipublicæ, ut illa parva infamia ex manifestatione proveniens, superaretur notabiliter à tanto damno.

16. Ex his vides, raro in praxi occurrere casum, in quo adultera suum scelus prodere cogatur; favetque Pontifex, dum universaliter dicit, *h adulteram esse ad pœnitentiam admittendam, licet nolit suum crimen marito revelare.*

h Innoc. III. c. Offic. de pœn. c. v. r. 2.

### §. V.

#### De Conjugatorum peccatis in materia luxurie.

**O**ccasione adulterij, utile fore lectoribus cenfeo, in unum hic veluti fascem ea conligere, in quibus peccare solent conjuges in usu matrimonij; quæ ut ordinatim proponantur, ad tria capita reducantur, ad pollutionem, ad copulam, ad impudicos tactus, tactuque similia.

#### Pollutio conjugis.

1. Coniux impudicis tactibus se polluens.



Iuens, vel exercens ejusmodi tactus, intendens habere pollutionem, aut cum probabili periculo illam habendi, mortaliter peccat, peccato contra naturam. Ratio est, quia matrimonium *a* non dat conjugibus facultatem, nisi ad eam seminis effusionem, quæ generationi inservit, hæc autem maximè illi adversatur.

*a Nav. c. 26. n. 42. & passim.*

3. Propter eandem rationem, eodem modo iidem peccant, si sese mutuo ad pollutionem provocant: imo hæc culpa & præcedens, species est etiam *b* adulterij, speciatim confitenda: ratio est, quia per hanc turpitudinem, præterquam quod semen prodigitur, dividitur eorum caro, contra datam in matrimonio fidem. An ipsis liceat, provocare se tactibus in ordine ad copulam, & an iisdem liceant aliquitatus cum pollutionis periculo, dicam mox n. 41. & deinceps.

*b In opusc. de Conf. li. 2. c. 7. §. 6. num.*

4. Vxor tamen licitè petet, *c* & reddet debitum marito, qui solet sine ipsius consensu in sine copulæ, exra vas consulto semen effundere, quia ipsa, dum petit redditque, id facit, quod ex se bene fieri potest, & propter malitiam viri, non debet suo jure mulier spoliari. Sed quid faciet in hoc casu uxor, si ipsa nondum seminavit, paulo post dicam, nu. 17. & 18. Est item peccatum contra naturam, si conjuges, dum congregiuntur, voluntariè foras semen emittunt, ut ex se patet: voluntariè, inquam; nam si accidat, quando, festinante natura, semen foras emittit, qui congregi legiti-

mè conatur, non est peccatum, quia non est voluntarium. Ita sapissimè accidere in conjugæ arcta, quando vir primis vicibus eam cognoscere tentat, notat merito Sanchez. *d* Quod femina, quæ non fit sponsa de præsentibus, vi cognita, statim & in continenti possit semen viri à se receptum expellere, probabile docet idem Sanchez *e* paritate ducta ab eo, qui potest furem in continenti, ubi furtum eripuit, percutere, & non postea. Nos hanc doctrinam non admittimus, mox n. 14.

*c Ita Pont. li. 10. c. 17. n. 3. contra aliquos. d Sanc. lib. 9. disp. 17. nu. 19. & 20. e Sanch. li. 2. de matr. d. 22. nu. 17.*

### Copula.

5. Finis, ut omne peccatum, etiam veniale vitetur, in matrimonij usu aliquis ex his quatuor esse debet: *f* proles in Dei cultum procreanda; carnis concupiscentia sedanda; sanitas propria, uxorisve conservanda; propria obligatio satisfacienda; quæ duæ postrema causæ non solum sunt, mea sententia, quando conjux reddit, verum etiam, quando moderatè petit ab ea puella, quæ propter verecundiam petere non audet.

*f l. Sanc. li. 9. d. 8. §. 10*

6. Neque tamen est necesse, ut ij re-cti fines expressè actu signato, intendantur, satis est *g* enim, alios praveos fines non admittere; siquidem eo ipso, quod matrimonio uti conjuges volunt, nisi debitos fines expressè removeant, illos virtute & implicitè intendunt.

*g Sanc.*



§ Sanc. ib. li. 2. disp. 28. numer. 29. nolo eum obligare ad alia conquirenda.

7. Expressè excludere finem multiplicandæ prolis, imo etiam cupere, filios non procreare, veniale est, quia ex una parte jam implicite remanent alij recti fines, & ex alia, nonnulla inordinatio est, illud optare; non est tamen mortale, quia tunc nihil conjux ponit, ut supponimus, quod re ipsa obstat conceptioni prolis. Quod si ob bonum finem, v. g. quia pauper est, nec potest alere filios, illud optaret, nec veniale quidem esset. Qui non reddit debitum, ne prolem multiplicet, an peccet? Vide mox nu. 23.

8. Dices, Thomas Sanchez h tunc solum putat, non esse venialem culpam, usum matrimonij, ob finem sedandæ concupiscentiæ, vel sanitatis tuendæ, quando non habet conjux alia media, quibus carnem sedet, vel sanitatem tueatur. Respondeo, at Emmanuel: Sâ cum alijs putat absolutè, hos duos fines semper liberare conjuges ab omni culpa. Confirmo, quia nolo obligare fideles, qui humano modo solent operari, & non metaphisico, ad speculandum, quodnam medium sit aptius ad tentationes superandas; satis habeant, si eligant illud quod est aptum. Adde, conjugi uxorato, convivente domi uxore (quare per fugam vincere non potest, quod omnium optimum remedium est in hac materia) imo & ad filios procreandos intento, satis l. difficilia esse alia media, ad sedandam concupiscentiam. Simile quid de sanitate; cum enim obvium habeat hoc remedium,

h Th. Sanc. li. 9. disp. 9. i Sâ v. debitum conjugale n. 5. alijs apud Sanc. l. c. d. 10. n. 2. l. Layman, lib. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 2.

9. Denique eum, qui ex sola delectatione petit, vel reddit debitum, peccare solum puto m. venialiter. Quare apud aliquem legens (non peccat conjux, qui alteri ob delectationem petenti reddit debitum) sic interpretare, non peccat, qui alteri ob delectationem petenti, ipse reddit, ut suæ obligationi satisfaciat.

m Pont. li. 1. de matr. c. 21. nu. 6.

10. Dices; cur non sequimur Ioan. Sanch. n. qui contendit, finem solius delectationis in conjugatis, nē peccatum quidem esse veniale, sicuti non est, pulchrum prospectare campum, fragrantem rosam odoratum ob voluptatem admovere, suavi melodiæ ligebas aures dare? Respondeo, ideo illū in hoc non sequimur, quia saltem in praxi, ad quam tendit semper nostra doctrina, in re tam lubrica, qualis est luxuria, adest communiter, in vorabendi in excessum, nimis ei voluptatis fini adharendo; qui excessus in re quomodocumque concessa, semper culpa venialis est, veluti o excessus cibi, potus &c.

n lo. Sanc. disp. 23. nu. 25. o ut explicat idem Ioan. Sanch. ibi. ex quibus verbis.

11. Atque hic obiter nota, propter eandem



eamdem rationem dictam num. 9. ibi (ut suæ obligationi satisfaciat) fieri, ut qua quis peccet is, qui petit ob malum finem, vel qui petit habens forte votum castitatis; vel qui petit cum affinitate post matrimonium contracta ex incestu, altero conjugum non consentiente, tamen non propterea peccet is alter conjugum, qui legitime reddit: potest siquidem, licet non teneatur; pravus enim ille finis, & vinculum illius affinitatis se tenentis solum ex parte petentis, & non ex parte actus, nequit commaculare ipsum actum reddentis debitum ex obligatione iustitiæ; nonnulli hic addunt, debere conjugem non reddere, quando id non est illi incommodum; id, quod dicunt, ne cooperetur conjugum sine ulla causa cum peccato alterius, quod facile posset evitare. Sed certe in praxi vix invenies, non adesse ejusmodi incommodum; semper enim adest timor, ne alter, qui jam copulam appetit (nam propterea petit) ægre ferat, se repellat, & ne nascantur discordiæ.

p. *Castrop. diss. 3. de matr. p. 4. §. 10. n. 6. & 7.*

12. Dixi (legitimè reddit) si enim post initum matrimonium appareret aliquod impedimentum dirimens, per quod ij conjuges legitimi non sunt, reddere certè non posset, quia tunc esset fornicatio, non vero copula maritalis, & malitia se teneret ex parte actus, nec solum ex parte petentis. Rursus, si, qui votum castitatis non habet, petat debitum ab eo, qui tale votum habet, vel ab eo, qui contraxit

post matrimonium prædictam affinitatem, ex incestu (quæ nunc solum contrahitur ex copula cum consanguineis in primo, vel secundo gradu sui conjugis) potest quidem, ut dictum est, petere, quia non privatur jure suo, & ille, à quo petit, potest & tenetur reddere, ne ipsum dicto jure privet; at non potest reddere in priori bimestri matrimonij, nec existente altero conjugum adultero: ratio est, quia tunc alter non obligatur reddere ex obligatione iustitiæ, unde non habet caput, quo excusetur à cooperando cum peccato petentis.

13. Intentio. Conjuges habentes ex intentione copulam, q. ut haberent, etiam si conjugati non essent, vel turpiter cogitando deliberatè de alia, vel optando turpiter aliam, vel suam esse aliam sibi non conjugatam, peccant mortaliter, quia sic per delectationem morosam tenderent in eam, quæ re ipsa non est sua: quam doctrinam sic limitat Sanchez. r. Si delectatio hæc conjugis in nulla re turpi esset, sed in sola pulchritudine viri aut femine alienæ, perinde ac posset in cogitatione arboris pulchre delectari; vel ut sic ad actum conjugalem excitetur, nullam video letalem culpam, cum delectatio in nullum turpe objectum feratur, & ad honestum finem dirigatur. Non tamen est hoc alicui permittendum, sed valde dissuadendum, ratione periculi; hætenus Sanchez. Quæ ratione delectari quis possit de copula præterita, futura, vel conditionata, dicam suo loco li. 10. cap. 4. & 5.

q. *S. Th. in 4. d. 3. q. 2. ad 3. apud Sanchez.*



*Sancti de matr. lib. 9. d. 11. nu. 3. Nav. c. 16. n. 23. Bon. de matr. qu. 4. p. 6. n. 6.*

14. Effusio extra vas. Peccat mortaliter / mulier, quæ suscepto semine se erigit, vel mingit, si velit conceptionem impedire.

*f. Sanchez. li. 9. disp. 21. n. 3.*

Velit, dico; nam quia matrix t semper retinet multum seminis propter vim retentivam, qua pollet, re ipsa non impedit, licet multum noceat: peccat nihilominus ex illo pravo animo; quare si hic desit, seque ob alios bonos fines erigat, vel mingat, culpa saltem gravi vacabit. Huc facit quidam casus, quem afferam non multo post. *u. Fagundez x ait*, non peccare foeminam se invertentem post copulam, ut semen foras eiciat. ne concipiat, quando aliqua causa rationalis excusat, v. g. periculum mortis in partu, aut labor magnus, & magnum detrimentum in dormiendo. Sed certe nulla ratio est audiendus, quia impedire generationem, est ex se intrinsecè malum.

*t. Belloch. de casibus reservatis p. 2. q. 4. nu. 365. u. inf. c. 7. §. 2. nu. 9. x. Fag. in dec. l. 2. li. 6. c. 3. n. 50. a Sanc. alios cit. lib. 2. de matr. d. 22. n. 17.*

Dices: Sanchez a docet, sponsam per vim oppressam à sponso, ante bimestre, posse semen in continenti statim expellere: idem diceret de quantumque femina vi oppressa, quia (inquit) tunc reputatur mulier se defendere: sicut enim suam rem defendere reputatur dominus, quando statim sem à fure surreptam sibi reassumit, sic, si femina statim semen furtivum eiciat, adeoque generationem impe-

diat: ergo impedire generationem non est intrinsecè malum, quia si injus generis esset, Sancti non potuissent dicere, in prædicto casu licere.

*a Sanc. alios cit. l. 2. de matr. d. 22. n. 17.*

Respondeo, hanc doctrinam doctissimi Sanchez merito non admittimus, tum à posteriori, quia sequeretur hoc ipsum, nempe licere generationem aliter quando impedire; tum à priori, quia foemina potest quidem se defendere omnibus alijs vijs, non vero quando adest damnus tertij innocentis, ut in casu nostro adest damnus prolis; sicuti nec dominus posset sibi rem suam statim à fure repetere, cum directo damno innocentis alicujus tertij. Cætera vide apud Texedam. *b.*

*b. Texedam Theol. moral. t. 2. li. 4. tr. 1. n. 124.*

15. Peccat item maritus, qui, copula incæpta, desistit à seminando, quando uxor jam seminavit: at si hæc non seminavit, poterit e de ejus assensu se retrahere, modo non sit periculum pollutionis extra vas, id tamen magna indiget cautela, quia irritata jam utriusque natura, facilis est alterutrius seminatio extra copulam, quod fusè probat Leander, de Sacram. t. 2. tr. 9. disp. 25. q. 15.

*c. ex Diana p. 3. tr. 4. re. 204. c. 223. Sanc. li. 9. disp. 19. n. 3.*

16. Illud concedit Præpositus, d si vir ob morbum, aliamve causam, copulam interrumpat, si deinde sequatur pollutio extra vas ab ipso nequaquam intèra, nec adsit periculū consentiendi, non esse saltem mortale, quia tunc ea sequitur contra voluntatem ex opere licito. Nam propter eamdem rationem.



tionem, judicant merito nonnulli, *dd* fornicantem posse, atque adeo debere extrahere se à copula incepta, etiam post semen à confornicante emissum; nam recedendo ab illa, recedit à peccato, quod semper est licitum, imo debitum, quare si sequatur pollutio, sequetur ex opere licito, & præter intentionem consensumque.

*d* *Præp. in 3. p. 9. 74. 4. 10. dub. 1.*  
*apud Dian. p. 6. tr. 6. re. 37. dd l. Less.*  
*l. 4. c. 3. du. 7. n. 55. Sanc. lib. 9. d. 19.*  
*n. 7. docentem, esse etiam probabile, licere,*  
*imo teneri fornicantem ad prosequendam*  
*copulam, quando femina jam seminavit,*  
*vel inevitabiliter seminabit. contra quem*  
*agit Aversa cit. & exceptus à Diana p.*  
*9. tr. 8. ref. 31. & p. 6. tr. 6. ref. 37.*

Quod dixi, concedi à Præposito, est omnino distinguendum; vel enim primò, vir consulto commiscetur cum uxore, volens propter morbum non seminare, prævidens tamen futuram pollutionem extra vas: & id nullo modo est approbandum; quod tamen videtur approbari à Diana. *ddd* Ratio mihi manifesta est, quia nunquam licet procurare pollutionem, seu dispersionem seminis. Sed quid est magis id procurare, quàm commisceri cum muliere, animo se retrahendi, quando natura est irritata satis ad seminandum? Sane commistio hæc magis est provocativa seminis, quàm sit quælibet contrectatio genitalium, manibus, vel quolibet instrumento facta. Id tu dixeris, conjugem dare operam rei licite. Verendorum tactus aliqui sunt probabiliter liciti conjugatis, extra periculum pollutio-

nis, non vero tactus valde impudici; ut est contrectatio & motus eorundem, quia tunc id non est solum tangere, sed ipsummet procurare pollutionem, ut dicitur mox num. 55. & 56. Multo ergo minus licebit hæc commistio, seu copula inchoata.

*ddd Dian. p. 6. tr. 6. ref. 37.*

Vel secundo, vir commiscetur cum uxore, animo legitimè seminandi intra vas, sed interim incidit repentina alicujus inexpectati morbi accessio, subitus terræ motus, subita rixa &c. & tunc se retrahat (& id approbare solum potuit Præpositus) quamvis prævideatur futura seminis dispersio, sed non intendatur; tunc enim vere per accidens & extra intentionem sequitur pollutio.

17. Duo supersunt hic explicanda, Primum sic propono: Vxor quædam satis frigida, minusque venerea, alio cogitationem vertebat, dum vir cum ea congregiebatur, unde fiebat, ut ipsa non seminante, seminaret dumtaxat maritus; quo illam peccato damna-bis? Respondeo, nullo condemnat Præpositus, *f* quia semen mulieris valde probabiliter nec activè, nec necessario ad generationem concurrat. Præterea si illam condemnare, etiam reas efficeret vetulas sterileve con-gredientes cum viris validis & feraci-bus. Propter eandem rationem nonnulli *g* rectè docent, mulierem non obligari, expectare viri seminationem, & item, ubi vir seminavit, posse ipsam suam seminationem negligere; con-vertere denique animū ad alia, ne na-tura excitetur, licite potest uxor; *hh*  
sua



suam enim obligationi sufficienter satisfacit, si viro usum sui corporis ipsa præstet.

f. *Præp. in 3. p. q. 6. d. 4. num. 35. l. Dian. p. 5. tr. 14. ref. 27. g. Th. Sanc. lib. 9. d. 17. nu. 6. hh. Martin. de S. Ioseph. apud Dian. p. 10. tr. 13. ref. 42. fi.*

18. Secundò, quid contra? potestne licitè uxor, postquam seminavit vir, membrumque retraxit (nam illum obligare non possum, h ad expectandum, ut post seminationem suam, seminet mulier, licet expectare possit, si velit) potestne, inquam, se ad feminandum manibus adjuvare? Respondeo, licet aliqui negent, i tamen cum Sanchez l probabiliter puto, licere, modo sit continuo & immediatè. Ratio est, tum quia est probabilis etiam illa sententia, quod semen mulieris multum conferat ad generationem, tum quia nimis durum esset, irritatam naturam velle compescere, idque non rarò, quia mulieres sunt viris frigidiores, tum denique, quia illa mulieris seminatio, in eo casu complementum est præcedentis actus maritalis. Quibus rationibus conatur respondere Texeda, m sed illæ responsiones, vel mediocri Theologo, pro quantum frigent!

h Sanc. ib. n. 9. i Rodriq. in summa p. 3. c. 88. n. 4. Castrop. d. 3. de matrim. p. 4. §. 3. n. 6. Texeda mox citandus. l Sanc. li. 9. d. 17. nu. 12. licet id in editione Lugdunensi anno 1627. sit expunctum, inclinât Diana p. 2. tr. 17. ref. 38. Less. li. 1. cap. 3. dub. 7. nu. 55. & dub. 14. nu. 94. alijq. ab eodem Diana ibid. citati; quamvis idem Dian, contra-

riam sententiam amplexus deinde fuerit p. 9. tract. 8. ref. 31. & p. 10. tra. 13. num. 42. m Texeda adductus à Dian. d. ref. 31.

Nec minus friget ratio Castropalainam quam contra sententiam Sanchez affert. Conjugibus (ait) ea copula licita est, per quam efficiuntur una caro: at mulier per illam effusionem non videtur fieri una caro cum viro, utpote ab ea separato, ergo &c. Hæc ille. Sed merito (sapientissime vir) dixisti (non videtur) nam maritus & uxor non fiunt una caro, per externum illum tactum corporum, qui videtur; sed per commistionem seminum utriusque, quæ non videtur: unde colligo, principium Castropalainæ sententiæ Sanchez valde favere, sic: ea copula (dicit merito Castrop.) licita est conjugibus; per quam efficiuntur una caro: subsumere potest Sanchez: sed fiunt una caro per commistionem seminum, ergo &c.

n *Castr. l. c.*

Nonnemo o benignius aliquid doctrina à nobis hactenus traditæ concedit. Docet enim, etiam ipsum virum licitè posse tunc suis manibus pudenda uxoris contrectare, ut ipsa seminet, quia id (inquit) non est, nisi licitam copulam perficere; quod tamen an sit probabile, expendant alij.

o *Baucius, Leander, Martinus de S. Ioseph. quos citat, sed reprobât Dian. p. 10. tr. 13. ref. 42.*

19. Illud difficile erit uxori: diximus nu. 4. eam posse reddere, & petere debitum à viro, qui in fine copulæ solet membrum extrahere, & extra-



vas feminare: jam, si ipsa uxor in eo casu nondum seminavit, irritataque facta est, poteritne se provocare ad seminandum? respondeo, neququam id concedo; solum, si sequatur suo naturali fluxu, sine consensu, seminatio, ipsa non erit in culpa; at, si se provocet, qua ratione à culpa liberabitur? Semine enim viri in utero non existente, suum semen non emitteretur ad generationem adjuvandam, sed ad libidinem explendam. Huic ergo mulieri author sum, ut nec petat, nec reddat, si id inconueniens imminere prævideat; potest enim non reddere, hoc periculo imminente; ipsa enim ad hanc redditionem ea circumstantia infectam nunquam se obligavit.

20. Debitum copulæ. Coniugi non adultero, quamvis excommunicato *mm* serio petenti, etiam semel negare, *n* vel differre conjugale debitum, per se mortale est, ex triplici capite, idque etiam dote *o* non soluta: quia coniugi negatur, quod suum est; quia ex negatione exoriuntur discordiæ; quia fere semper adest periculum incontinentiæ in coniuge petente. Sunt tamen huius rigoris ordinariæ exceptiones decem.

*mm* *Castro. de matr. diff. 3. p. 4. §. 20. n. 10. n* *Idem ib. §. 1. n. 5. contra Pont. li. 20. de matr. c. 2. nu. 2. dicentem, semel aut iterum negare, non esse mortale. o* *Sar. li. 9. de matr. diff. 5. n. 1.*

21. Prima, quando precibus & blanditijs vir petat, *p* vel ita remisset petat, ut facile desistat; tunc enim non videtur graviter offendi ex negatione; nam etiam quando solis precibus

petit creditor debitum pecuniæ, cum possit serio, iudicatur, non ferre graviter dilationem solutionis; semper intellige, si absit periculum incontinentiæ, & nisi ex verecundia quis non auderet aliter exigere.

*p* *Cornelio. & Ochag. apud Dian. p. 5. tr. 5. re. 14. & tr. 14. res. 17. fi.*

22. Secunda; quando eodem semoto periculo, raro uxor *q* denegat. Quare si quinquies soleat vir petere in mense uno, potest uxor semel non correspondere, ut etiam potest matutinae petitioni, sero ad vesperam debitum reddere: ratio utriusque dicti est, quia non existente in continentia periculo in petente, Ievis utraque dicta negatio iudicanda est. Quid si nimis crebro vir petat? Respondeo, sane negare licet potest, si absit incontinentiæ periculum, quia mulier ad *o* dinarium communemque modum se obligavit, non ad superfluum; quale tamen sit istud superfluum, difficile est dimetiri, nec alio modo, nisi iudicio prudentis, spectata ætate, viribus, sanitate conjugum, erit expendendum, *q* *Idem ib.*

23. Tertia, quando conjux negat, ob multitudinem *r* proles, quam sustentare nequit: sicuti enim in alijs debitis magna incommoditas excusat à solutione, ita hic. Semper tamen, ut nimis sæpe dictum est, secluso periculo incontinentiæ. Quo item secluso, posse conjuges convenire, ut non exerceant copulam, ne onerentur filijs, mihi dubium non est.

*r* *Sor. cit. Nav. apud Laym. li. 5. tr. 10. p. 3. c. 1. n. 16. contra Castro. l. c. §. 10. n. 9.*



24. Quarta, quando negat / propter rationabile periculum suae salutis, ut si ipse sit febricitans, vel conjug alter sit morbo contagioso affectus, vel post cibum, vel balneum assumptum, &c. An vero tunc, quamvis non obligetur, possit nihilominus licite reddere? distinguendum est: si est periculum vitae, non potest, quia nemo est dominus suae vitae: si est solum periculum longi morbi, ut Gallici, leprae &c. licet non obligetur, tamen potest, quia in his morbis, quamvis diuturnis, sed non ad mortem tendentibus, praeponderat matrimonij amor, atque evitatio periculi incontinentiae in utroque conjugue.

¶ Sanc. lib. 9. de matr. disp. 24. per totam.

Sed quid, si sit periculum incontinentiae, obligarisne cum tuo sanitatis periculo conjug copulam tunc concedere? Respondeo, non obligaris: quia alia via sibi consulere potest conjug.

¶ Coninch. Laym. aliq. apud Castrop. disp. 3. de matr. p. 4. 9. 10. nu. 4. add. Prapost. 3. p. 9. 6. de matr. du. 5. n. 14.

25. Quinta, in primo bimestri, post initum matrimonium verbis de praesenti, non obligantur conjuges, reddere debitum, quo consumetur matrimonium, quia per sacros Canones in illis duobus mensibus, dum est matrimonium solum ratum, & non consummatum, possunt deliberare de religione assumenda. Quod si certi sunt, se nolle esse Religiosos, x adhuc non obligantur reddere, quia ille auctoritas non tollit jus, quod habent in toto eo bimestri, quod quidem jus

datum fuit absolute, licet propter illum extrinsecum finem deliberandi. Post consumationem matrimonij quocumque tempore factam, semper deinde reddere oportebit, quia non est amplius religioni locus.

u. c. ex publico, de conu. conjug. l. Sanc. li. 2. de matr. disp. 22. x Prap. 3. p. 9. 5. du. 6. nu. 47. apud Dian. p. 2. 1. 4. ref. 133. fauet Sanc. l. c. nu. 16. contra Coninch. de Sacram. d. 26. du. 4. concl. 1. n. 46.

26. Sexta, posse licite conjugem negare debitum petenti, ante benedictiones Ecclesiae, notant probabiliter aliqui. Ratio est, quia probabilis censetur opinio docens, copulam conjugalem ante dictas benedictiones peccatum esse veniale: hoc ergo velle evitare, non se copulando, licebit conjug.

Petenti vero ante denuntiationes (si quando matrimonium ante illas contractum de praesenti rite fuit) multo certius est, posse debitum denegari: quia consummare matrimonium ratum, non praemissis denuntiationibus esse mortale, ex Tridentino colligitur a probabiliter Sanc. Velle autem mortale peccatum evitare, non licet solum, sed debet. Non inficior interrim, alios putare, b non esse mortale, quando certi sunt conjugati, nullum inter se adesse dirimens impedimentum, nam propterea ij sequentes hanc opinionem possent sine peccato copulari.

a Sanc. li. 3. de matr. d. 11. n. 3. aliq. apud ipsum, b Sorus, Ledesma, Red. aliq. quos cit. Dian. p. 9. tr. 8. ref. 19.

27. Septima; ei, qui emisit votum castitatis, & ei qui contraxit

assu-



affinitatem cum suo conjugē ex incestu, posse alterum conjugem negare debitum, innui supra nu. 12. Sed adverte, si tu consensisti voto, vel incestui, non solum te non teneri reddere debitum, sed nec posse petere, quia per consensum datum ad vovendum, renunciasti *aa* juri petendi, & per consensum ad incestum, incurristi *bb* etiam tu in penam non petendi debitum, ut ibidem insinuavi.

*aa* *Lay. lib. 5. tr. 10. 3. p. c. 1. n. 12. c. 15. fin.* *bb* *Sanc. li. 9. de matr. d. 27. n. 3.*

28. Octava: non peccare uxorem, nolentem reddere debitum, dum ipsa est in suis menstruis, probabiliter docet cum alijs Bonacina: *c* quia tunc esset peccatum veniale copula, ob difficultatem retentionis seminis &c.

*c* *Bonac. de matr. qu. 4. p. 4. n. 10.*

29. Nona: an amenti debeat sanus conjug debitum reddere? De tota hac re *bb* habe summam hęc tria.

*bb* *Sanc. li. 9. matr. d. 23.*

Primò, si uterque eonjux sit omnino amens, vel raro habens lucida rationis intervalla, sunt separandi, propter damnum prolis, forte futuræ sine parentum educatione. Quod si sunt solum stolidi (*tonsi*) non sunt separandi, quia utcumque habebitur educatio.

Secundò, si solus vir est amens, potest uxor sana cum eo copulari, quia non erit damnum prolis, cum hæc habitura sit matrem educantem. Sed per se non obligatur reddere debitum, quia petitio amentis non est ætus humanus, cui uxor debeat re-

spondere. Per se, inquam; nam si adsit periculum incontinentiæ conjugis amentis, obligabitur (ait Sanch.) occurrere huic periculo, debitum reddendo. Sed, oro te, amice lector, ut expendas, hoc periculum non fore, nisi materiale; nam incontinentia amentis non est culpa. Facilius ergo dic, obligari tunc uxorem, propter periculum dispersionis seminis sui viri, cum frustratione generationis, cui ipsa uxor potest consulere, recipiendo in se maritale semen.

Tertiò, si sola uxor est amens, vir potest cū ea conjugi, quando amentia non est furiosa, unde non sit periculum abortus, quia proles jam habebit patrem edusantem. Cum autem adest ejusmodi periculum, non potest, quia cooperaretur ad faciendum abortum.

30. Decima: dubius de suo matrimonio, vel de impedimentis, an possit petere, vel an debeat reddere, dixi satis superque in superioribus. *ee*

*ee* *lib. 1. in dec. c. 3. §. 7. v. matr. c. v. dispensatio.*

31. Sed redeamus ad cæteta, quæ pertinent ad debitum copulæ. Debitum, ni melius dicam, indebitum petere, vel reddere intra vas præposteriorum, esse peccatum contra naturam, superius docuimus. Quid, copulam incipete in præpostero, sed animo concummandi in naturali, & re ipsa sic concummando?

Respondeo, adhuc esse mortale: ita Sanchez, *f* & Bonacina, *g* contra Navarrum. *h* Ratio mox dicitur, numero sequenti.

*f. Sane.*



§ Sape. li. 8. matr. disp. 17. nu. 4. 5.  
 § Bonac. de matr. l. c. p. 11. nu. 12. h  
 Navar. de pen. conf. 4. apud Dian. p. 2.  
 tr. 17. ref. 37.

32. Quid, perfricare genitalia in superficie vasis præposteri? Respondeo, adhuc esse mortale. Ita Pontius, & Castropalaus l. contra Sanchez, m. quæ sententia Sanchez in aliquibus codicibus Lugduni anno 1621. impressis est deleta, illam tamen assert Tancredi n. contra Texedam: Ratio huius, & præcedentis resolutionis est, quia, in præcedente casu, est certa inchoatio peccati contra naturam: in hoc, quia tactus tam vicinus vasi præpostero prohibito, videtur conjugibus etiam ipse prohibitus; & certe quoad praxim, cum semper ille tactus fiat ex affectu ad locum præpostero, semper erit, saltem ex affectu, mortalis. Idem puto in casu, de quo nuper interrogatus fui, hoc est, de quodam viro, qui voluptatis gratia digitum intromittebat in vas uxoris præpostero: est enim affectus ad præpostero libidinent.

i Pont. lib. 10. matr. c. 11. num. 5. I  
 Castrop. de matr. disp. 3. p. 4. §. 2. nu. 6.  
 m. Sanc. li. 9. de matr. d. 17. nu. 5. n  
 Tancredi de marr. li. 8. d. 17. §. quæres  
 3. versu, dabit & in hoc.

33. Quid denique si genitalia intro- mittantur in os femine cum pari animo seminandi in vase naturali? Respondeo, adhuc esse mortale. Ita Fagundez o contra Sanchez, p. qui locus Sanchez etiam in dictis codicibus deletus est: sed pari modo assertur ab eodem Tancredi ibidem. Ratio posse esse, quia id videtur adeo esse contr.

rectam rationem, excedens alias deordinationes in materia luxuriæ, ut constituat novam luxuriæ speciem inno- minatam, seu ejus inchoationem: sed certè aliqui apud Dianam loco citato *irruminationem* appellant. Vide tamen, quæ dicam inferius c. 7. §. 1. num. 3. ubi jex Filliucio videor sequi opinio- nem Sanchez.

o Fag. in dec. t. 2. li. 6. c. 3. nu. 19.  
 apud Dian. p. 6. tr. 7. ref. 7. §. Quæren-  
 dum, p. Sanc. l. c.

#### Copula modus.

34. Situm variare in copula; siue scilicet à latere, siue à tergo, siue alio modo, dum modo conjuges uniantur in vase naturali, est solum veniale; quia non est nisi parva deordinatio: quando autem adest causa, ut si vir, v. g. propter pinguedinem non possit congruere, nisi retro accedat, vel quia uxor est gravida &c. ne veniale quidem est; quia matrix sufficientem feminis partem natura sua attrahit ad se, atque adeo non impeditur generatio, esto, certius secutura sit alio modo. Conjuges enim ad certam generationem quarendam tenentur, q non ad certissimam.

q Pont. l. 10. c. 11. n. 3.

#### Copula tempus.

35. Accedere ad conjugem, dum est gravida, vel dum est in menstruis, non est saltem mortale, & probabiliter nec veniale, quia regulariter in gravida non est periculum abortus, & in menstruada non apparet, unde adit

X

proha-



prohibitio, cum etiam tunc adsit saltem minus principalis finis, qui est, concupiscentiam sedare.

*x Sanc. li. 9. d. 21. n. 7.*

36. Nec id Adventu, nec in Quadragesima, nec diebus festis &c adest prohibitio congressus conjugalis. Aliud enim est, nuptias celebrare, id est, benedictiones s. nuptiales in Ecclesia, & solennem inducere translationem sponsæ in domum sponsi, quæ duo sunt verita in Adventu & Quadragesima &c. Aliud, copulam exercere post legitimum consensum de præsentibus, quod esse prohibitum, nullibi legitur.

*f. l. Sanc. li. 7. de matr. dis. 7. Sylv. v. matr. 7. q. 2.*

Qua ratione, tempore Eucharistiæ sumendæ, sit conveniens, à copula abstinere, dictum est à nobis alibi pluribus. †

*† in nostro opusc. de Comm. c. 2. §. 1.*

37. Remanet aliquid dicere de tempore senectutis conjugum: ij ergo quam vis credant, non amplius filios generaturos, copula uti queunt; quod si ita sint senes, ut semen non emittant, adhuc ad copulam conari possunt, & exercere. Ratio est, quia eo ipso, quod sunt conjuges, ad hæc omnia jus habent, saltem propter alios minus principales fines, concupiscentiam sedandi, amorem mutuam fovendi &c.

Differunt igitur permaximè hæc duæ quaestiones, an senes conjuges omnino exhausti conari possint ad maritalem copulam, & an senes omnino exhausti ita, ut iudicio Medicorum

nulla arte adjuvari possint ad copulam habendam, matrimonium inire queant? illud prius, ut certum, concedimus, hoc posterius negari debere, docet cum multis Sanchez, quem vide.

*u Sanc. li. 7. disp. 101. nu. 7. x Th. Sanc. li. 7. de matr. dis. 92. n. 24.*

38. Quod si ejusmodi senex conjugatus non possit alio modo congregi, nisi semen effundendo extra vas, bene sic distinguit Castropalaus: a si dubius est dictus senex, an semper ita sit congressurus, potest sic licite, ex Bonacina, b congregi, quia donec dubius est de effusione, utitur jure suo maritali, & illa effusio est sibi per accidens; at ab eo momento, quo moraliter fit certus, semper ita futurum, illicitè congregietur, quia tunc per se esset illa effusio extra vas, atque adeo peccatum contra naturam.

*a Castrop. disp. 3. de matr. p. 4. §. 5. n. 7. b Bonac. de matr. d. 4. p. 6. nu. 17.*

#### Copula locus extrinsecus.

39. Publicè conjuges copulari, ut etiam, se impudice tangere, est peccatum e mortale, quia id, ex se, adversatur honestati, & quia est occasio proxima peccati; cum certum moraliter sit, aliquem ex aspicientibus, saltem in turpem delectationem incursum.

*c Th. Sanc. lib. 9. d. 15. n. 1.*

40. Idem, si in loco sacro, etiam privatim, ea exerceatur (quinam sit locus sacer, ad effectum hujus peccati, vide fusè apud Doctores, d & nos



inimicus supra c. 2. §. 1. nu. 12.) Ratio est, quia ex se magna est irreverentia in locis Deo deputatis, hæc turpia, quam vis aliàs licita, perpetrari. Non inficior tamen, à justa causa peccatum excusari. Sola autem hæc est periculum incontinentiæ, quo fortè laborent conjuges, si in loco sacro sint conclusi per longum tempus, puta, unum mensem, ex Sanchez, e quindecim dies ex Lessio f. decem dies ex Fagundez, g. quatuor, vel quinque dies ex Suario, quem citant Fagundez ibidem & Diana. h

d Th. Sanc. lib. 9. d. 15. à n. 23. Ca. prop. t. 2. tr. 11. d. 1. nu. 2. e Thom. Sanc. lib. 9. matr. d. 15. n. 12. f Less. lib. 4. c. 3. d. 12. n. 16. g Fag. præc. Ecc. 2. li. 4. c. 4. n. 21. h Diana p. 1. tr. 7. ref. 19.

*Tactus & his affinia inter conjuges.*

41. Tactus partium inhonestarum, aspectus earundem, turpiloquia, morosa cogitationes duplici modo exerceri inter conjuges possunt: altero, sine pollutionis periculo, de quo prius agam; altero, cum ejusdem periculo, de quo posterius.

*Tactus &c. cum pollutionis periculo.*

42. Omnia num. 41. prædicta inter conjuges licita sunt, a si fiant vel ad se preparandos ad copulam, vel ad vitandam incontinentiam, vel ad ostendenda amoris legitima signa: at sunt venialia, si dumtaxat ob voluptatem, sive quæ nascitur ex ipsa finali copula, ad quam hæc tendunt, quamque imaginariè conjux absens sibi præsentem facit, sive quæ nascitur ab

ijsdem dictis actibus, abstrahendo à copula. Ratio prioris dicti est, quia, sicuti matrimonium licitam reddit copulam, ita ea omnia, quæ natura sua sive implicite, sive explicitè ordi- nantur ad illam, ita ut conjuges, si osculentur invicem pudenda, sine dicto periculo pollutionis, licet acriter reprehendantur, non tamen damnentur de mortali à Filliucio: si digito, vel si genitalibus tangat vir partes præposteras, vel os uxoris; jam diximus à num. 31. Rationem posterioris dicti diximus num. 10.

a Th. Sanc. li. 9. de mat. d. 44. per totam. lo. Sanc. d. 21. n. 26. b Fill. t. 2. tr. 30. c. 9. nu. 195. l. Dian. p. 3. tr. 4. ref. 224.

43. Duæ sunt hic difficultates. Prima, an idem sit, quando conjuges sunt impediti, nec copulam exercere possunt? Respondeo, esse bene distinguendum. Si enim impedimentum est extrinsecum, ut v. g. ob infirmitatem, vel absentiam, non datur illis, matrimonio uti, vel si alter, aut etiam uterque conjux affinitatem contraxerunt ex incestu post matrimonium initum, quando conjugi incestuoso interdicitur sola petitio copulæ, vel si sunt in loco publico, ubi solum illicita sunt copula & tactus, modo superius dicto, si, inquam, extrinsecum est impedimentum, possunt ea omnia, ut modo diximus, exercere, si absit pollutionis periculum. Ratio est, quia per illud impedimentum extrinsecum non tollitur jus matrimonij, quod dat licentiam ijs omnibus actibus. At si impedimentum est, ut ita dicam, intrinsecum, hoc est, tol-



est, tollens jus ad maritales actus, ut si superveniat scientia de invaliditate matrimonij, vel conjuges voverint integram castitatem (nam si solum partem, ut v. g. voverint non petere debitum, cetera non essent voto subiecta, quare exerceri licite possent) tunc illa omnia essent prohibita. Ratio est, quia ideo concedentur, quia ordinem implicitum, vel explicitum habebunt ad copulam maritalem, sed nunc illa vel non habent ejusmodi ordinem, vel per votum promisisti non habere; ergo &c.

44. Sanchez *d* hic docet, dubium de matrimonij valore, non posse exercere prædictos actus, quia tunc, nec potest actum conjugalem. Sed quia nos supra *e* diximus, dubium de validitate matrimonij non semper cadere de sua possessione, ideo hic consequenter dicimus, tunc non esse illicitos eos actus, de quibus loquimur, esse tamen illicitos, quando cadit quem locum recole. Quod si aliquando in dicto matrimonio dubio, propter jus uxoris, possit conjux reddere, cum non possit petere, non potest tamen licite eos actus, morosasque cogitationes admittere, quæ non consequuntur, nec requiruntur ad debiti redditionem, quia illa non sunt necessaria ad tuendum jus alterius.

*d* *Th. Sanc. ib. nu. 24. Castrop. t. 1. tr. 2. diff. 2. p. 10. §. 2. nu. 15 e lib. 1. in decal. c. 3. §. 7. v. matr. n. 3.*

45. Secunda difficultas. An conjugatus licite possit se ipsum turpiter, seu libidinosè tangere, vel aspicere, mere propter voluptatem, sed sine pe-

riculo pollutionis? Respondeo, non pauci *f* docent, id solum esse veniale, sicuti est ejusdem morosa delectatio de copula cum conjugate absente. Ratio est, inquit, quia nisi alius malus finis expressè intendatur, quicumque tactus voluptuosus conjugam ex se refertur ad copulam, quæ ipsi jam licita est: ex nullo enim capite probatur quod ij actus debeant esse cum conjugate; satis est, ad vitandum mortale, si sint actus conjugis, idest, actualiter conjugati. Alij *g* nihilominus putant esse mortale, quia intrinsecè malum est, uti proprio corpore ad explendam secum libidinem. Vtrumque probabile.

*f* *Th. Sanc. lib. 9. matr. d. 44. num. 19. Frap. & Hurtad. apud Dian. p. 4. tr. 4. ref. 137. g* *Io. Sanc. d. 21. n. 26. Diana p. 1. tr. 17. ref. 37. & p. 3. tr. 7. ref. 215. & p. tract. 4. ref. 137. Et denique p. 9. tr. 8. ref. 21. adducens Dicastillum trahentem ad se Vasq. & iterum, ib. ref. 44.*

*Tactus &c. cum pollutionis periculo.*

46. Præmittendum est primò, pollutionem voluntariam ex se semper esse *h* prohibitam, idque jure naturali, cujus veritatis ea ratio potissima solet afferri, quia si esset licita, impediretur usus conjugij tam necessarius in mundo; quandoquidem homines ea sola voluptate essent contenti, nec conjugijs vacarent: additur, si fornicatio est jure naturæ verita, multo magis pollutio, qua prodigitur semen,



man, impediturque generatio. Vide  
quæ dixi c. 1. §. 2. n. 3.

h. Th. Sanc. lib. 9. d. 17. n. 15. Less.  
li. 4. c. 3. d. 14. & passim.

47. Hinc, directè velle, vel procurare pollutionem, extra matrimonij usum, esse mortale, certum est, & exploratum, de quo infra suo loco c. 7.

At indirectè, id est, velle causam, ex qua prævideretur futura pollutio, sed non intenditur, (si enim illam intenderes, jam directè velles, & certo peccares mortaliter) hoc maximè est in quaestione, an & quod peccatum sit?

*De causis pollutionis.*

48. Præmittendum ergo est secundo, causam l. pollutionis duplicis generis esse posse: primò notabiliter & per se influentem in ipsam. Talis est v. g. vehemens cogitatio, & diuturna de sceminæ concubitu, voluntariè à calido juvene assumpta: secundo per accidens & leviter influentem, ex qua scilicet causa, nec semper, nec frequenter sequitur pollutio; talis est eibus & potus, etiam superfluus. Cibuse enim influit quidem per se in nutritionem, at satis per accidens, & infrequenter pollutionis est causa.

l. Th. Sanc. lib. 9. d. 45. per totam.

49. Ex his communis jam nunc Doctorum resolutio universalis hæc est, pro solutis: quoties das operam alicui causæ, per se notabiliter influenti ad pollutionem, sive in vigilia, sive in somno contingentem, toties peccas mortaliter, si illam prævidisti, licet expresse non intenderis,

m Ex Sanc. ib. Pasq. Salas, Henriq.  
Less. Fill. alijq. apud Dian. p. 2. tr. 15.  
num. 31.

Excipe, nisi necessitas te cogat, illam actionem exercere, ut v. g. mereri partibus verendis: quoties vero sine necessitate, vel rationabili utilitate das operam causæ, leviter & per accidens influenti in pollutionem, etiam si illam prævideris, toties solum peccas venialiter. Ratio horum est, quia si causam leviter influentem ponis, cum per accidens sequatur pollutio, illam tibi imputari ad mortale, æquum non est.

Præsertim, cum valde tenuis sit obligatio vitandi pollutionem in causis, quæ per se, & proximè non ordinantur ad illam, ut fuscè Sanchez, ita ut nec adsit obligatio sub veniali, si intercedat necessitas, quia ei, qui suo jure utitur, non imputatur ad peccatum id, quod per accidens sequitur, cum illud potius patiatur, quam agat. Si vero ponas causam notabiliter influentem, & per se in pollutionem, (nisi necessitas propter dictam rationem excuset) illa tibi merito imputatur ad culpam mortalem, cum is, qui deliberatè vult causam, velit etiam effectum necessario, vel quasi necessario ab illa provenientem. Dico, deliberatè; si enim bona fide nullo modo prævidisti pollutionem, excusaberis, ob involuntarium & indeliberatum, ut ex se patet. Porro jam habes, ubinam difficultatum cardines versentur; æquanam scilicet sint causæ influentes notabiliter, quanam leviter? rursus, quanam sint illæ necessitates excusantes?



50. Cum Sanchez n, Lessio o, a-  
lijque cenſeo, ſolum illam eſſe cauſam  
notabiliter influentem, quæ eſt a-  
ctio peccaminofa mortaliter in genere  
luxuriæ contra ſextum præceptum,  
(quidquid benignius dicat p Io. San-  
chez) cæteras omnes eſſe leviter influ-  
entes.

n Th. Sanch. lib. 9. d. 49. num. 15.  
junct. n. 18. o Leſſ. l. c. præſenti, a nu.  
100. p Adhuc benignius loquitur Ioan.  
Sanc. d. 21. n. 15.

Hinc cogitationes, deſideria, turpi-  
loquia, aſpectus, tactus, oſcula, mor-  
talia in genere luxuriæ, ſi ex illis præ-  
videtur pollutio, quamvis non inten-  
datur, ſunt peccata mortalia; non ſo-  
lum in ſe, ſed ut cauſæ pollutionis, ita  
ut ſi calide adoleſcens concupiſti, v. g.  
deliberato continuoque aſſectu fami-  
nam non tuam, ex qua concupiſcentia  
prævidiſti, te caſurum in pollutio-  
nem dupliciter peccaſti, ſcilicet deſide-  
rio fornicationis, & peccato contra na-  
turam, cui cauſam dediſti: Io. San-  
chez loco citato non approbat, omnia  
prædicta eſſe cauſas, per ſe notabiliter  
influentes in pollutionem; ſed nos ſe-  
quimur Thomam Sanchez, alioſ-  
que &c

ſi. Contra, cogitationes, deſide-  
ria, turpiloquia, lectio vana, ſeu cu-  
riofa turpium, eorumdemque repræ-  
ſentatio, tactus & ſimilia, quæ venia-  
lia, ſive ex indeliberatione, ſive aliunde,  
ut eſt v. g. tactus levis manus ex  
vanitate, & joco, ſive etiam ex par-  
vitate materiæ in genere luxuriæ, ſi ea  
daretur (quam tamen proſus non  
dari, dicimus infra) ſi in illis prævi-  
deatur pollutio, dummodo non in-

tendatur, ſunt peccata ſolum venialia,  
ceſſante ſemper periculo conſenſus;  
hoc enim ſi exiſtat, & prævideatur,  
ſeu per negligentiam gravem prævide-  
ri negligatur, peccatum eſſe mortale  
pollutionis in cauſa, non eſt dubium;  
quia, qui deliberatè amat periculum,  
peribit in illo. Præterea loqui verba  
amatoria (ait Diana q citans Tho-  
mam Sanchez, Salas, alioſque) v. g.  
cor meum, bonum meum, anima  
mea, ob ſolam vanitatem, & ad con-  
ciliandum vanum (ſed non libidino-  
ſum) amorem, quia non excedit cul-  
pam venialem, (intellige, ſeclulo pe-  
riculo proprio vel alieno, videlicet il-  
lius, ad quem ejuſmodi verba diri-  
guntur) ideo etiam ſi prævideatur, ſed  
citra periculum conſenſus non inten-  
datur pollutio, mortale non fiet. Rur-  
ſus comeſtio calidorum, potus vini,  
& ſimilia, etiam ſi excedant uſque ad  
culpam mortalem, ſed non in genere  
luxuriæ, multo magis, quæ non ſunt  
ex ſe peccata, ut temperatus cibus &  
potus, equitatio, ſomnus, ſitus ſeden-  
di, vel cubandi, & ſimilia, ſi in illis  
prævideatur ſecutura pollutio, nec in-  
tendatur, nec fit conſenſus periculum,  
non erunt, niſi ad ſummum, venialia.  
Ratio horum eſt, quia tum illæ actio-  
nes veniales in genere luxuriæ, tum  
illæ mortales in alio genere, tum ma-  
ximè hæ per ſe licitè leviter influunt  
in pollutionem. Addit Sanchez q li-  
mitationem doctrinæ datæ num. 49.  
Interdum enim mortale peccatum  
luxuriæ propter ejus brevem duratio-  
nem, vel quid ſimile, non eſt cauſa  
notabiliter influens in pollutionem;  
neque enim momentanea, v. g. cogi-  
tatio



ratio deliberata de habenda puella, vel tactus ex se levis manus, cum eadem deliberatione, & consequenter mortalis, potest dici esse causa notabiliter influens in pollutionem, quamvis in vigilia occurrentem, multo minus in pollutionem contingentem nocte in somnis, quæ tam longè distat à prædicta cogitatione, vel tactu, habitis die in vigilia; rarissimè enim ex illo tam brevi pravo affectu, vel tactu sequitur, vel nocturna, vel diurna pollutio. Qui ergo ex ijs provideret pollutionem, sed non intenderet, non daret causam pollutioni, & consequenter non peccaret peccato contra naturam, in causâ.

q Diana p. 2. tr. 15. res. 31. q Th. Sanc. ib. n. 20.

52. Quoad causas excusantes, ex illâ sunt, quæ bona fide apparent necessariz, utiles, & convenientes, imò & commodæ animæ vel corpori. Quod satis sit, meum merum commodum ad omnem, etiam venialem culpam tollendam, invenies clarè apud Io. Sanch. § & apud Dianam, & ibi; & hoc etiam verum est, ubi nec necessitas, nec causæ utilitas adest. Filii Sanchez. Hæc Diana.

r Th. Sanch. ib. nu. præf. 4. & 5. f Io. Sanch. l. c. n. 5. fin. juncto nu. 12. Dian. p. 1. tr. 15. res. 31.

Hinc potus cibusque, etiam ad eos gustandos, & studere, audire confessiones, faminis cautè, vel etiam amicitabiliter, sine prava intentione loqui, cubare tali situ in lecto ob suum commodum, equitare ad negotiandum, vel ad recreationem, amplexus, & o-

scula juxta morem patriæ, ne inurbanus videaris, mederi verenda alicuius, & similia, habentur causæ satis excusantes. Addit uterque Sanchez, ut verendorum pruritus, vel ex morbo, v. g. scabie, vel ex pulicibus, vel similibus ortum, manibus, sine intentione impuræ libidinis fortè con-surgentis, sedare. Sed hoc de pruritu, invenio deletum apud Tho. Sanchez in editione Lugdunensi anni 1621, quamvis non desit in alijs editionibus. Et Io. Sanchez loco citato num. 36. testatur, fuisse à tota Universitate Complutensi decretum, ut hæc doctrina Th. Sanc. intacta servaretur. Denique excusat etiam Bonacina x puellam sua pudenda lavantem, ad purgandum factorem. Quando ergo in aliqua actione ex dictis prævidetur pollutio, si adfit aliqua causa, saltem ex tua commoditate proveniens, ac pollutio non intendatur, nec sit periculum consensus, vel nulla erit culpa, ijs actionibus vacare, vel in aliquibus, solum ad summum venialis, ut dictum est sape.

u Navar. in manuali c. 16. n. 8. u Th. Sanc. li. 9. de mat. disp. 45. num. 9. & d. 17. n. 19. Io. Sanc. disp. 21. à nu. 29. x Bonac. de matr. d. 4. c. 10. n. 8. 53. Illud denique hic permittit, ea, quæ hætenus de causis leviter, vel notabiliter influentibus dicta sunt, intelligi n etiam de causis, unde distillatio, vel commotio notabilis spirituum vitalium generationi inservientium consequi solent: hæc enim perinde, ac pollutio sunt contra castitatem, propter magnam similitudinem, ac propinquitatè cum eadem pollutione.

Pollu-



Pollutio enim (ne in scius sis) est effusio seminis apti per se ad generationem, magnaque delectatione emitti solet. Distillatio autem est effusio cuiusdam humoris, qui minus mordax est, & aquosior, quam semen, paucioris quantitatis, imo non raro stillarum instar, minorisque voluptatis, & aliquando nullius. Commotio spirituum est preparatio ad utranque, ex dictis.

a *Th. Sanch. ib. n. 1. & n. 31.*

Addendum tamen non nihil est de distillatione, ut clarior de illa constet vera doctrina. Distillatio, ut innuebam, duplici contingere modo potest: primo, cum voluptate; secundo, sine illa, ut experientia illorum constat, qui in distillationem solent incidere. De utroque modo sic habet Gerson. *d* Immiscet se talis humor medius (sic vocat humorem fluentem ex distillatione, quia est medius inter verum semen, seu sperma, & inter urinam, aitque, hunc medium humorem ineptum esse ad generationem, & vocari posse salivalem, seu sputalem, & habere diversum ortum ac meatum ab eo, quem habet semen.) Hic, inquam, medius humor se immiscet aliquando cum urinatione, aliquando per se defluit sine cogitatione & sensu; quandoque vero fit cum delectatione & pruritu; & paulo post. Humor iste medius ex levioribus causis ac majori facilitate movetur ad exitum, quam feminalis, praesertim in mulieribus: adeo quod ex levissimo motu corporis, absque aliqua cogitatione, & absque sensu, proveniat. Ex effectu autem

percipitur per fordidationem quamdam viscosam in carne sua, vel in panis. Hac Gerson. De hac igitur distillatione, ut omnia quae ad ipsam pertinent, distincte colligam, habe pro solutis tres sequentes conclusiones; nam, pro conjugatis addetur unum quidnum, 60.

*d Gerson p. 2. operum, tr. de poll. disturna, ut 1. notabili.*

Conclusio prima: e Sicuti deliberate procurare pollutionem, deque ea complacere, mortale est, ita procurare distillationem, quae fit cum voluptate. Ratio est manifesta, quia tunc procuratur, seu complacetur de voluptate libidinosa, quae est distillationi conjuncta.

e *Sanc. li. 9. matr. d. 17. n. 17.*

Conclusio secunda: f sicuti obligamur remove causas per se influentes ad pollutionem, causas, inquam, in genere luxuriae, non vero per accidens, modo jam jam explicato, ita obligamur, easdem remove per se influentes, non vero per accidens, ad distillationem. Ratio est eadem, quia semper obligamur, remove causas influentes per se ad voluptates illicitas, non vero causas per accidens, modo item explicato. Has autem causas easdem esse, quoad pollutionem, & quoad distillationem, easdemque excusationes esse pro utraque, patere satis potest ex dictis.

f *Id. ib.*

Conclusio tertia: g quando distillatio contingit sine ulla prorsus delectatione libidinosa, seu sensuali, quamvis adsit erectio levis genitalium, ea



non est peccatum, unde nulla adest obligatio tollendi ejus causas. Ratio est, quia vel est peccatum, quia dispergitur ille humor, vel quia est delectatio venerea, vel quia est proximum periculum ad veneream delectationem.

Non primum, quia, ut vidimus, ille humor non est semen, nec ejus effusio generationi nocet. Non secundum, quia nos loquimur de eo distillationis modo, in quo nulla adsit delectatio sensualis. Non tertium, quia si illius humoris effusio nullam affert delectationem, non est ratio, cur ipsa sola spectata afferat periculum proximum ad illicitam voluptatem insectandam.

g Cajet. te. 1. opusc. 12. ar. 2. §. adverte tamen. Sanch. li. 9. matr. d. 45. n. 2. Laym. li. 3. sec. 4. n. 18. Reginald. li. 22. c. 3. n. 41.

Confirmatur primò, quia nihil potest esse peccatum in hoc genere, nisi sit contra castitatem; hæc enim virtus est, quæ moderatur delectationes venereas: in casu autem nostro, nullus est venereus sensus.

Confirmatur secundò, ex S. Thoma, qui loquens de distillatione sic habet. Sciendum est, quod illius humoris effusio non est pollutio, quia, ut dicunt Medici, sine libidinosa delectatione, & carnis motione nullus potest pollui vigilando. Hæc sanctus Doctor. Si igitur ea nec est pollutio, nec delectationem afferens, undenam peccati reatus orietur? Profecto non immerito pronuntiant nonnulli de distillatione esse perinde ac de sudore, vel sudore laborandum, nisi ipsam carnis rebellio comitaretur. At jam nos

loquimur de ea distillatione, quæ nullam carnis afferat rebellionem, ergo &c.

h S. Thom. opusc. 64. c. de fluxu libidinis. i Cajet. apud Sanch. l. c. a. lique.

Iam vero hæc, quamvis propriè pertinentia ad solutos, sunt tamen fundamenta universalialia, & per diligentem in hoc argumento notanda. Nunc ad rem nostram propius accedamus, formemusque hanc regulam pro conjugatis: nam pro sponsis num. 61. Pro solutis autem sufficit, quod hæctenus dictum est à nu. 48.

*De tactibus &c. inter conjuges cum pollutionis periculo.*

54. Eos actus impudicos, nempe cogitationes, desideria, aspectus, etiam partium minus honestarum, turpiloquia, & similia, in ordine tantum ad suum conjugem, exercere possunt inter se conjuges, etiam cum pollutionis periculo præviso, sed non intento, & sine periculo consentiendi in delectationem pollutionis probabiliter sequendæ; eos, inquam, actus exercere possunt, qui exhibentur propter aliquam causam ex dictis excusantem: secus, erit peccatum mortale, si actio sit mortalis in genere luxuriæ, veniale, si venialis. Ratio ducitur ex dictis.

55. Hinc, quia tactus impudici partium verendarum ex se sunt peccata mortalia in genere luxuriæ, ideo conjug, qui eos petit ab altero, regulariter in peccatum incidit mortale, si prævidet in se, vel in altero pollutionem,

Z

nem,



nem, quamvis non intendat. Excipe, nisi sit in loco, v. g. in lecto, ubi adveniente periculo proximo effusionis, possit copula uti; tunc enim illi actus impudici essent præparatio ad legitimam copulam, quam præparationem non esse ex se peccatum, statuimus supra. Dixi autem (regulariter in peccatum mortale incidit) quia regulariter pro his tactibus impudicis, extra prædictum locum aptum ad copulam, non apparet, adesse causam excusantem; si tamen ea inveniretur, ut si maritus esset Medicus, mederi utique uxorem in verendis posset, amoto semper periculo consensus, amotaque pollutionis prævisæ intentione, ut nimis sæpe dictum est.

56. At vero conjux, qui eosdem reddit, quamvis pollutionem in se prævideat, si non est periculum dicti consensus, nec illam intendat, licet poterit reddere, ex Sanchez, e sed non poterit ex Castropalao. f Ratio Sanchez est, quia tunc conjux excusatur; si quidem reddens, dat operant rei licita, & debita ex justitia. Ratio Castropalai est, quia falsum esse putat, tunc debere conjugem reddere ex justitia prædictos tactus: nam interveniente pollutionis periculo conjuges non habent jus petendi: utraque sententia est probabilis. Adverte tamen, eos tactus, quos concedit Sanchez, non debere esse adeo impudicos, ut sint initium & inchoatio proxima pollutionis extra vas: tales essent, si vir peteret ab uxore, ut ipsa contrectaret, moveretque verenda ipsius viri, vel idem vir vellet immittere digitos in vas naturale mulieris, ibique persiste-

re, quasi copulam digitis exercendo; hi enim non solum sunt actus impudici, sed ipsamet procuratio pollutionis, quæ procuratio nunquam licet, & solum in conjugatis non esset mortalis, quando in eo loco sunt, ut dictum est, ubi per legitimam copulam pollutioni possunt obviare.

e Th. sanc. li. 9. de mat. d. 45. no. 38. f Cast. de mat. d. 3. p. 4. §. 2. n. 1. cui adde Præpositum 3. p. 9. 6. du. 26. n. 187. adductum à Diana p. 9. tract. 8. ref. 37.

Hinc secundò, oscula, amplexus, alijque tactus manuum, frontis, peccoris &c. ut item faciem aspicere, confabulari, & similia amoris signa, si fiant inter conjuges, quando non est nimia voluptas incitans ad pollutionem, non sunt damnanda g de mortali, imò nec de veniali, si ex patriæ, vel conjugalis amoris usu fiant, quamvis prævideatur pollutio, sed non intendatur, nec sit periculum consensus in illam. Ratio est, quia causa moris, vel amoris sufficienter excusat conjugatos. Certè excusaret etiam fratrem sororemque, se more patriæ amplexantes; & in aliquibus locis etiam extraneos, dum post absentiam redeunt in Patriam, ne inurbani videantur, multo ergo magis excusabit conjugatos.

g Sanc. l. c. num. 36. etsi esse mortale contra Sanc. putet Præp. aliq. apud Dian. p. 6. tr. 7. ref. 65.

58. Verum delectationes morosæ, aspectus partium inhonestarum, turpiloquia, & similia, quæ supra diximus non esse mortalia, si fiant à conjugatis, sine periculo pollutionis, erunt

morta-



mortalia pro iisdem conjugatis, si in illis prouideatur pollutio, licet non intendatur. Ratio est, quia in his numero presenti dictis, nulla apparet causa excusans; neque enim hæc sunt signa liciti amoris, perinde ac sunt ea, quæ numero precedente dicuntur. Quod si causa excusans adesset, dic non esse culpam, sicuti de tactibus partium inhonestarum dictum est modo nu. 55. de marito, medico &c.

59. Hinc tertio, licet, si impudice se ipsum tangat, aspiciatque, modo dicto num. 45. non sit ex probabili opinione reus peccati mortalis, quando non adest periculum pollutionis, tamen quando illud prouidet, reus erit, quia nulla causa eum in eiusmodi proprio tactu vel aspectu excusat.

60. Illud hic denique nota, cum Sanch. gg licet paulo ante nu. 53. dixerimus, & infra iterum dicturi sumus, solum peccare mortaliter, si per tactus, aspectus, turpiloquia, morositasque cogitationes de copula, dent causam distillationis, & commotionis spirituum generationis, quorum naturam numero eodem explicuimus, tamen conjugati excusantur à mortali, quia eiusmodi distillatio & commotio, non affert grave damnum generationi in conjugatis, & ex alio capite, delectationi ex illis insurgenti assentiri, non est in iisdem mortales; eiusmodi enim turpes delectationes, præter effusionem seminis extra vas, non sunt conjugibus cum tanto rigore prohibita, ne nimis onerosus sit status maritalis, si in tanta occasione presentis uxoris, & prolis suscipiendæ desi-

derio, ab illis se abstinere sub mortali obligarentur. An conjugatis liceant delectationes ex cogitationibus morosis, dicam lib. 10. uberius.

gg Sanc. l. c. n. 41.

*Tactus, & his similia inter sponsos.*

61. Sponsis de futuro valde probabiliter sine peccato licent quædam amoris signa, qualia sunt oscula, tactus, aspectusque pudici, ac locutiones amatoria, etiam propter delectationem in illis residentem, sed sine periculo pollutionis, vel consensus in illam, vel in copulam; ac nullo modo impudici. Ratio est quia sponsi videntur ad illa pudica jus consecuti esse ex sponsalijs; quo carent ad impudica, quia hæc ordinantur proximè ad copulam, quæ non est licita, nisi sponsis de presenti. hoc est, copulatis matrimonio, saltem rato. Vnam excusationem inuenio in sponso eas actiones pudicas exercente cum pollutionis periculo præviso, sed non intento, & sine periculo consensus in illam; nam si in occasione esset, ut inurbanus haberetur, si ab illis abstineret, posset eas usurpare, quia jam adest rationabilis excusatio.

h Th. Sanc. li. 9. mat. d. 46. à num. 46. Fag. in pr. Dec. 9. c. 5. nu. 1. citans Caser. Med. Val. alios.

62. Inter eos, qui sibi vel sponsalia promiserunt, vel invalidè ea celebrant, vel sub conditione, si obtenta v. g. fuerit à Pontifice dispensatio impedimenti dirimentis, vel quid simile, nec præ-



nec prædicta quidem pudica amoris signa sunt & licita. Ratio est manifesta, quia hæc conceduntur sponsis; sed hi antequam impleatur conditio, non sunt sponsi, sed erunt, ergo &c.

i *Th. Sanc. lib. 5. matr. d. 5. à num. 38. pag. l. c. n. 6. cit. eundem Sanc. Sotum, & Gurr. aliosque plures, nullo contradicente, apud Dian. p. 4. tract. 4. ref. 131.*

An sponsis liceat delectatio in cogitationibus morosis, decernendum spondeo, lib. 10. c. 4. ubi etiam, an viduis &c.

*Tactus & his similia inter solutos.*

63. De ijs inferius agetur commodius separatim, c. 8. §. 2.

## CAPVT QVARTVM.

### §. I.

*De incestu.*

1. **I**N methodo *a* sic habes. Non est dubium, incestum esse speciem luxuriæ, explicandam in confessione, qua cum consanguineis, vel affinis, contra castitatem, sive per copulam, sive etiam per oscula, tactusque impudicos &c. peccatur: nam propterea ita communiter definitur. *Est peccatum luxuriæ, quod committitur cum persona conjuncta.*

*a In Meth. exp. Conf. lib. 2. c. 7. §. 7.*

Sed quæstio, an incestus cum consanguineis differat ab incestu cum affinis? & rursus, an incestus cum alterutris ex prædictis in uno gradu ut

que ad quartum (nam in alijs à quarto est simplex fornicatio) differat specie ab incestu in alio? v. g. peccata cum matre, cum filia, cum sorore, cum nepte, cum consobrina, sive consanguineis, sive affinis, differuntne inter se specie, ita ut in confessione talis gradus sit ex necessitate declarandus? An vero si quis cum aliqua ex dictis peccavit, etiam si fuisset mater, satis se explicet, dicendo, incestum commisi? Quid de peccante cum conjunctis spiritualiter, id est, ex Baptismo, vel confirmatione, & de conjunctis legaliter, id est ex adoptione?

Tribus dictis hæc, quæ satis confusa propter opinionum varietatem, apud Authores sunt, breviter distincteque ex meo instituto, expedientur.

2. Dico primo, probabile esse, nec consanguinitatem *b* ab affinitate, nec unum gradum *c* ex his differre specie ab alijs: unde licet sine dubio gravius sit, contra unum gradum delinquere, v. g. contra primum cum matre, quam contra alium, v. g. cum consobrina; tamen quia non mutatur species, puto, non esse ea speciatim ex necessitate patefacienda. Ratio est, quia in omnibus his una specie deformitas est (licet modo levior, modo gravior) nempe contra reverentiam debitam conjunctis. Quod autem id oriatur interdum ex ipsa natura, ut in primo consanguinitatis gradu, & per alios, etiam in secundo, interdum vero ex præcepto Ecclesiæ, ut in cæteris, & maxime in gradibus affinitatis, nihil specie diversum ex hoc necessario inferatur: nam præceptum superioris, cum aliquid præcipit, ponit materiam præceptam



optam in ea specie virtutis, ratione cuius illud præcipit: nunc autem Ecclesia abstinere ab illis congressibus præcipit, propter eandem reverentiam conjunctis debitam. Quod deinde gradus ipsi non mutant speciem, inde probatur, quia hi nihil aliud inferunt, nisi majorem, vel minorem conjunctionem: magis autem & minus non variant speciem, etiam in hac re nostra morali, nisi aliunde probetur, esse contra particularem virtutem, vel particulariter contra diversum rectæ rationis dictamen. Id quod hic quamvis multi probabiliter invenire satagant, nihilominus alij probabiliter item non inveniri posse contendunt.

b. *S. Th. 2. 2. q. 15. art. 9. & Cajet. ib. c. Filline. t. 2. tr. 30. c. 5. n. 97. dicens, esse opinionem S. Th. Cajet. Soti, & fere Thomistarum, Gripius in tr. de casib. refer. c. 8. n. 5. Megala in p. p. li. 5. c. 12. n. 9. uterque apud Dian. pp. t. 7. ref. 37.*

Dices. Afferimus hic num. 2. ex probabilissima plurium sententia, turpem conjunctionem cum consanguineis non afferre diversitatem specificam necessario in confessione explicandam, ut diversam ab alia conjunctione strictioris consanguinei; quia licet gravius sit, contra unum gradum, v. g. contra primum cum matre, quam contra alium, v. g. cum consobrino delinquere, tamen magis & minus speciem incestus diversam non constituit; Ergo idem asserere debuimus in Methodo Confess. lib. 2. cap. 5. §. 2. in injurijs illatis contra consanguineos, vel affines; atque adeo dicendum fuit, injuriam illatam patri vel fratri, non

esse diversæ speciei ab injurijs contortis contra cæteros minus propinquos, quia pariter magis & minus in debito, quod consanguinei contrahunt, non se convitiandi, non afferunt diversitatem specificam.

Respondeo, certè urget non improbabiler paritas. Vnde probabiliter consequitur, tum in hac materia de incestu, tum in illa materia de injuria contra consanguineos, vel affines inflicta, non esse necessario explicandam ejusmodi diversitatem, sed sufficere, si dicatur, ego mihi conjunctos contumeliji affeci.

3. Dico secundò, incestum cum conjunctione legali, id est, conjunctione orta ex adoptione alicujus in filium, ( quæ est inter adoptantem & adoptatum ejusque descendentes, saltem qui in ejus erant potestate, quando adoptatus fuit; inter adoptatum, & filios legitimos adoptantis, qui in ejus sunt potestate; inter uxorem adoptati, & ipsum adoptantem; & denique inter uxorem adoptantis, & adoptatum. ) Dico, inquam, hunc incestum non esse explicandum, ut distinctum ab alijs incestibus, dictis in num. præcedenti, & nec necessario explicandas diversitates illas dictas in proxima parenthesi. Ratio prioris partis hujus dicti est ea, quam num. præcedenti diximus, quia nimirum Ecclesia propter idem motivum reverentiæ conjunctis debitæ, prohibet ejusmodi congressus. Ratio posterioris est similiter eadem, quam ibidem diximus, quia diversitas gradus solum indicat magis & minus in eadem specie.



d *De Lugo disp. 16. de pen. sec. 6. num. 328.*

4<sup>o</sup> Dico tertio, incestum cum conjunctis conjunctione spirituali, id est, orta ex Baptismo & Confirmatione, (quæ est inter Baptizantem, & Baptizatum, inter patrinum, vel matrinam cum ipso Baptizato, inter parentes baptizati, cum baptizante, & denique inter eosdem parentes baptizati, & patrinum vel matrinam: quod idem est respectivè in confirmatione.) Dico, inquam, incestum hunc esse explicandum, ut distinctum e ab utroque incestu carnali & legali prædicto in num. 2. & 3. Sed non esse necessarium, explicare, an ex Baptismo, an ex confirmatione fuerit orta conjunctio: item nec esse necesse explicare, an v. g. baptizans, vel confirmans peccaverit cum baptizata, an cum matrina ejusdem baptizata, an cum matre ejusdem, &c. Ratio primæ partis hujus dicti est, quia incestus spiritualis addit circumstantiam Sacramenti, ratione cujus reducitur ad genus quoddam sacrilegij. Ratio secundæ & tertiæ partis est, quia semper in prædictis committitur peccatum cum eadem specie deformitate (esto, graviore, vel leviori) quia semper est contra eandem reverentiam debitam personis, ex intuitu Sacramenti, commexis.

e *Sanch. li. 7. de matr. disp. 5. n. 9.*

5. Huc commodè reducere possumus duo, quæ supersunt, explicanda. Primum, circa impedimentum publicæ honestatis: secundum, circa incestum sodomiticum. Quoad primum, sciendum est, impedimentum publi-

cæ honestatis esse illud, quod oritur ex sponsalibus de futuro, validè tamen initis; nam his ita initis, oritur *f* impedimentum dirimens matrimonium inter sponsam, & consanguineos sponsæ in primo gradu, & contra: id est, non potest validè contrahi matrimonium à sponso vel sponsa cum dictis consanguineis. Idem etiam impedimentum oritur ex matrimonio rato, non consummato, cum hoc addito, ut sit dirimens, *g* etiam usque ad quartum gradum, & etiam si matrimonium fuerit irritum, ex quocumque capite, præterquam ex defectu consensus.

f *Sanch. lib. 7. de matr. d. 68 seq.*  
g *Sanc. ib.*

6. Iam si quis cognosceret sororem, v. g. vel matrem, filiam ve sive sponsam de futuro, rursus si cognosceret sororem, & aliamve consanguineam suæ conjugis per verba de præsentibus, sed nondum consummato matrimonio, deberetne in confessione explicare non solum ipsum peccatum, sed etiam ejus qualitatem, nempe fuisse incestum cum matre, cum sorore, cum consanguinea sponsæ &c? Respondeo, certum *h* esse, tale peccatum habere malitiam incestus carnalis, quia est prohibita talis copula per Ecclesiam, ponentem in ea impedimentum dirimens, propter reverentiam conjunctis debitam: quare erit ut talis explicandus. Quoniã verò superius diximus, non esse, ex probabili opinione in cæteris incestibus necessario explicandos gradus; ita hic, ubi incestus oritur ex inchoato matrimonio, consequenter propter eandem inibi allatam rationem, dicendum erit.

h *De*



In De lugo disp. 16. de pen. sec. 6. nu. 337.

7. Quoad secundum, id est, quoad sodomiam, quarimus, an si quis sodomiticè cognosceret consanguineum, vel consanguineam, vel affinem, vel conjunctum conjunctione legali, vel spirituali, debeat explicare conjunctionem, ita ut non satis sit dicere, se sodomiam commississe, sed necessario addendum, se sodomiticum incestum commississe?

Respondeo, necessario sic addendum. Ratio est, quia ob reverentiam naturalem propinquis debitam ejusmodi peccatum, ultra malitiam sodomiae, habet & malitiam incestus. Quamvis enim per hunc incestum sodomiticum non impediatur matrimonium, quia ut impediatur, debet esse seminatio in vase naturali, neque per eundem incurrantur poenae contra incestum latae, quia poenae fulminantur contra incestum proprie dictum, id est, enatum ex copula naturali; tamen, quia fit contra praedictam reverentiam, non potest propriam incestus malitiam non participare.

i Fill. t. 2. rr. 30. c. 5. nu. 106.

8. Major difficultas est, utrum explicandi gradus, v. g. sic: commisi incestum sodomiticum cum fratre, cum consobriano; an satis sit dicere, commisi incestum sodomiticum? Respondeo, in nostra sententia probabiliter non esse necessario explicandos. Ratio est, quia omnes sunt ejusdem speciei, & solum secundum magis & minus in eadem specie differunt, id quod, ut diximus num. 2. notat quidem major

rem minoremve gravitatem, sed nequaquam specie distinctum peccatum.

## §. II.

Additio.

1. **D**Vo tantummodo hic advertenda mihi relicta video. Alterum est, qui conjux rem habet cum consanguinea suae uxoris viventis (non vero *b* affini) in primo & secundo gradu, & quae conjux habet rem cum consanguineo mariti viventis (nec vero affini) in eodem primo vel secundo gradu, peccat sine dubio peccato incestus, sed insuper propter hunc peculiarem incestum commissum, cum consanguineis sui conjugis (non autem, si commissum *c* fuerit cum consanguineis suis) dictus conjux, vel dicta conjux incurrit in duas poenas. semper intelligendo, *d* quando semen incidit intra vas: nam sic fiunt una caro, qua ratione oritur affinitas.

a Sanc. li. 7. de matrim. disp. 15. nu. 2. & li. 9. dis. 27. nu. 14. b Idem ib. dis. 27. nu. 4. c Idem d. d. 15. nu. 16. d Idem d. d. 89. n. 1.

Prima poena est, ut, etiam ante omnem *e* sententiam, sub mortali, non possit amplius petere debitum à conjugē, quia contraxit cum illo affinitatem ex copula fornicaria, quae si est ante matrimonium initum, dirimit ex Tridentino, *f* ineundum in dictis gradibus: at cum in casu nostro matrimonium jam sit initum, (& satis *g* est, si fuerit ratum, quamvis non consummatum) solum privatur conjux jure petendi. Potest *h* tamen reddere, in gratiam



gratiam alterius conjugis innocentis, immo & eidem significare, ne expectet suam petitionem, non tamen potest provocare, ut petat. Innocentis, inquam; nam si alter consensit ad eum incestum, vel uterque similem incestum commisit, uterque amittit jus: quare neuter poterit petere, vel reddere. An possit etiam petere, quando videt, sibi imminere periculum incontinentiæ, concedit Quintanadvennas, l. saltem quando commodè dispensationem petere nequit, & periculum est in mora; sed puto, non esse concedendum, m quia sunt alia remedia vincendi tentationem.

e Idem lib. 9. dis. 30. n. 2. cujus ratione dicit se nescire, sed solum ex consuetud. f. Trid. sess. 24. de mat. c. 4. g. Sanch. li. 7. matr. d. 15. un. 6. h. Sanch. li. 9. matr. d. 6. num. 12. quidquid dicat Texeda apud Dianam p. 9. t. 8. ref. 32. i. Sanch. li. 9. matr. d. 31. in 2. & d. 27. n. 3. juncta d. 28. n. 2. & 5. l. Quintan. tr. 9. singul. 12. na cum commun. sententia, quæ sequitur Diana p. 9. tr. 8. ref. 34.

3. Dispensat autem huic pœnæ Episcopus, n. Commissarius o Cruciatæ, Privilegiati p. Regulares, de qua re in tractatu de matrimonio: Illud cum Castropalao q. doceo, satis esse probabile & tutum, non incurri hanc pœnam ab eo conjugè, qui nescivit, ejusmodi accessum ad consanguineam sui conjugis esse specialiter ab Ecclesia prohibitum, vel quamvis id sci verit, igno ab t esse huic incestui annexam prohibitionem petendi debitum. Ratio brevis est, quia hæc est pœna ex

delicto, quam incurri ab eo, qui inculpabiliter eam ignorat, æquum non est.

n Sanch. li. 8. matr. d. 12. n. 10. & 11. o lb. n. 16. p. lb. dis. 16. q. Castr. t. 1. tr. 2. disp. 1. de legib. p. 17. n. praesertim 8.

4. Alteram. Huic conjugi incestuoso non licebat per Canones, mortuo altero conjugè, cum ulla alia, seu ullo alio amplius matrimonium contrahere sine dispensatione, idque in pœnam sui delicti. Sed certè id non est in r usu? quare sine scrupulo poterit nunc ad secundas nuptias sine dispensatione transire.

r Ex Nav. Sanch. li. 7. matr. d. 17. num. 8.

## CAPVT QVINTVM,

### §. I.

#### De stupro.

**I**N Methodo a sic habes. Stuprum est concubitus viri cum virgine fœmina, eadem repugnante: quare ea consentiente ex probabilissima sententia, est simplex fornicatio. Unde sequitur, statum virginitatis nõ necesse esse, in confessione explicare, virgine consentiente, quem illa repugnante explicare oportebit.

a In Meth. Conf. li. 2. c. 7. §. 8.

2. Pari ratione, sodomitica copula cum eadem consentiente est mera sodomia: unde nec ibi status virginitatis est declarandus.

3. Cum f. virgo polluit, vel delectatur



statut &c. non facit, nisi peccatum mollitiei, de quo dixi c. 1. §. 1. nu. 5. nam propterea suam virginitatem explicare non obligabitur.

4. Ad expediendam confessionem facit, scire obligationem, quam contrahit stuprator. Dico ergo; cum virgo defloratur, ipsa consentiente, nihil nec ei, nec parentibus debet deflorator: *b*. At si vi, vel fraude, vel promissione virginem defloraverit, sane tenetur, & vel dotare, vel ducere, aut solvere quod promissit.

*b* Less. l. c. c. 10. dub. 1. c. *ibidem*.

## §. II.

## Additio.

## De virgine occultè violata.

1. **A**mittitur, sive à mare, sive à famina irreparabiliter virginitas per voluntariam feminis effusionem, seu decisionem, etiam sine exteriori procuracione; sed id est coram Deo: nam secundum statum, & quoad existimationem humanam in muliere amittitur virginitas per corruptionem, seu fractionem claustris virginis. De utraque amissione aliquid est hic afferendum.

*a* Ut probat Cajet. to. 2. 2. qu. 152. art. 1. contra Mart. de Magistr. apud Less. li. 4. c. 2. nu. 120.

2. Quoad primum: monialis, quæ ante professionem, vel consecrationem, se voluntariè polluit, quamvis amittat, ut dictum est, virginitatem secundum virtutem, tamen cum non amittat secundum statum,

quia integro virginali claustro gaudet, nulla indiget dispensatione ad profectendum, & ad velum suscipiendum, solum virginibus concessum. Et propter eandem rationem eadem potest sine scrupulo accipere legatum solis virginibus relictum, seque ut nubat, virginem pronunciare &c.

3. Quoad secundum: virginem occultè in claustro violatam, se non posse indicare ad petendum consecrationis velum, etiam si ex hoc infamiam sit consecutura, docet *b* Azor: at posse officia propria virginis exercere, imo se offerre ad illa, ne infametur; quia (inquit Azor *ibidem*) instituta Ecclesiastica non obligant cum tanto rigore. Verum, pæce Azorij doctissimi viri, hæc ratio probat, etiam posse, *bb* in simili periculo infamiae, non solum in prædicta officia se ingerere, sed etiam petere consecrationis velum, quia pariter id ex instituto est Ecclesiastico.

*b* Azor. p. 3. lib. 3. c. 12. Bonac. de matr. qu. 4. p. 17. nu. 4. alios afferens *bb* ut tenet citato Sua. Pell. c. 3. de monialib. n. 78.

4. A legatis tamen relictis solis virginibus, excluditur *c* à Sanchez in consecrata, hæc in claustro violata; secus enim nõ servaretur testatoris voluntas, nisi forte, si illud non acceptet, infamiae gravis periculum subeat; sed tunc debet secreto reddere ei, cui illud competit, vel ejus distributoribus &c. Quod si in aliquo casu, ad acquirendum aliquid, requiratur, ut virgo sit, sed ut ea excludatur, necessaria sit sententia judicis, tunc poterit occultè violata illud ante sententiam acquirere, quia sententia petit virginem esse publicè, vel

Aa

ce, vel



licè, vel certe non occultè violatam  
Dixi (excluditur à Sanchez) nam esse  
etiam probabile, reputatam comuniter  
virginem, licet occultè violatam,  
posse acquirere tale legatum, paulo  
superius dictum est.

*c. Sanc. li. 7. de marr. dis. 91. n. 4.*

5. Quid de matrimonio? Puella  
signaculo virginitatis occultè scisso,  
peccatne, si medicamentis, alijsque  
medijs naviter utatur, quo defectum  
illum celet, atque ut virgo matrimo-  
nio collocetur? Respondeo, si proba-  
biliter judicet, fore, ut futurus mari-  
tus nunquam hoc vitium cognoscat,  
nec ipsam, nec parentes ad occultatio-  
nem cooperantes peccaturos. *e* Ratio  
est, quia tunc nullum inferitur viro  
damnum, nec puella propriè dicitur  
sic mentiri: dum enim illis medijs uti-  
tatur, non id agit, animo alterum de-  
cipiendi, sed animo, suum vitium,  
quod manifestare non obligatur, oc-  
cultandi. Verum si judicet, fore, ut  
delictum veniat in viri notitiam, qui  
illud ægerrimè ferat, peceabit gravi-  
ter contra charitatem: hoc enim modo  
præfert occasionem innumeris malis,  
& præsertim magnæ discordiæ, toto  
ferè vitæ tempore inter ipsam mari-  
tumque. Nota illud (ægerrimè ferat)  
huc reduco, si quis fileat, se morbo  
Gallico laborare, quo fit periculum,  
infiendi incautam uxorem &c.

*c. Bonac. 8. Dec. pr. d. 10. q. 1. n. 13.*

*Sanc. li. 6. de marr. d. 27. nu. 8. & 9.*  
*Nav. c. inter verba. consol. 1. coroll. 16.*  
*num. 68.*

6. Non tamen puto, violatam illam  
peccaturam contra justitiam, quia non

solent conjuges vitia, quæ habent, ma-  
nifestare; & sicuti maritus sua occulta  
non manifestat, ita nec sua patefacere  
tenebitur uxor. Adde, esse nimis intolera-  
bile, obligare puellam, ad se infama-  
mandum, vel ad abstinendum à nu-  
ptijs, vel ad nubendum hominibus  
infamæ sortis. Nec est parratio de con-  
tractu venditionis, in quo vitia occul-  
ta rei venditæ manifestare, modo infra  
dicendo necessarium est: non inquam,  
est parratio, quia in contractu matri-  
monij consuetudo fert, ut sicuti vir,  
sine iniustitia sua vitia occulta (abstra-  
do ab illis, quæ uxorem inficiunt) non  
propalat, ita non manifestet sua, quan-  
tum est ex vi justitiæ, mulier, quæ  
consuetudo non est in venditionibus.

### §. III.

*De obligatione stupratoris.*

1. **S**tylum nunc admoveamus ad  
explicandam obligationem re-  
stitutionis à stupro derivatam,  
de qua satis strictim dictum modo  
est §. 1. num. 4. Pro ea ergo, ut or-  
dinatim procedamus, meminisse o-  
portet, stupratorem posse primò, vir-  
ginem volentem & consentientem de-  
florare; secundò, vi, metu, similibus  
injuria; tertio cum promissione ma-  
trimonij. De singulis seorsim.

2. Pro certo autem suppono, e,  
primò, si nullum damnum deflorata  
virgo passa est, ad nihil teneri deflorato-  
rem. Cum enim hujus tota obliga-  
tio, de qua nunc agimus, oriatur ex  
damno facto, hoc non existente, eva-  
nescit.



nefit obligatio. 2. Hinc si deflorata, etiam per vim, bene deinde, & iuxta suum statum nupsit, ad nihil obligatur deflorator. nam nec pro apertione claustrum aliquid debet, quia hoc malum est irreparabile, & alterius ordinis; nec ob dotem datam à parentibus; hæc enim semper danda erat &c. si tamen propter periculum non bene nubendi aliquid virgini dedit deflorator, quamvis illa deinde optimè nupsit, poterit in conscientia virgo illud retinere, quia periculum non nubendi pretio fuit æstimabile.

a *Les. Vsq. Turr. apud De Lag. t. 2. de iust. d. 12. n. 16.*

3. Secundò. Si virgo liberè remittat, liber erit deflorator: neque enim requiritur consensus patris vel alterius; quia sui corporis, quoad hoc, domina est quæcunque mulier.

4. Tertio. In foro externo, etiam si nullum damnum virgo passa sit, si tamen vi oppressa fuerit, raptoris pœnas incurret stuprator; de quibus vide Lesium, b & Azor, c & nos aliquid tangemus c. 6 §. 2. n. 9.

b *Les. li. 4. c. 3. du. 9. num. 66. c. 68. c. Azor p. 3. li. 3. c. 13. c. 15.*

*Deflorator virginis,*

*Eadem consentiente, quid debeat?*

5. Iam vero his positis, communis est recentiorum sententia, defloratorem puellæ ex ejusdem puellæ consensu, nihil in conscientia debere, nec puellæ, nec puellæ parentibus, propter rationem num. 3. dictam. Ipsam vero puellam peccare contra charitatem

in patrem, & in suam aliqui honestam familiam, si publicè peccet, ac patris conturbatio notabilis prævideatur, communis est item doctrina.

d *DD. cit. & cit. passim.*

6. Illa explicacione indiget dicta recentiorum sententia. Nam si puella occultè consensit, tu vero crimen propalasti, ad restitutionem damni teneris, quia fuisti causa injustæ infamationis, unde aliquod damnum puellæ emerfisse supponimus. Idem propter similem rationem puto, si ijs modis sollicitares invitam, quibus facillè per urbem credatur ea assensum præbuisse: ut si de nocte per fenestras ad ejus cubiculum penetrare tentares: at vero apud ejusdem puellæ domum de nocte cantare, eandem ad templum cum suis euntem à longe comitari, aspiciere, salutare &c. non sunt ex se ex ijs modis, qui infamationem causant, siquidem hæc displicere honestæ puellæ facile quilibet existimare valet; nisi fortè ita sæpe, & in his circumstantijs hæc fiant, ut merito consensus suspicari invitæ puellæ alij possint.

7. Dixi autem, nu. 5. (nihil debere in conscientia) nam in foro externo, qui defloravit virginem, etiam volentem, cogitur à iudice, eam dotare, lege sic statnente, ut notavit Lesius, e propter bonum commune.

e *Les. li. 2. c. 7. n. 44.*

*Quæstio incidens; An virgo pro primo usu sui corporis possit aliquid amplius pretij petere?*

A a 2

Vbi



*An acceptata ob turpem causam sint restituenda?*

8. Illud hic per occasionem sciscitabitur aliquis, an virgo licite possit pro usu primo sui corporis mercedem accipere? Rursus an amplius quam accipere solet alias prostituta? Tertio, qua mensura ejusmodi pretium, ut sit justum, eadem exposcere tuto valeat? Uthæ quæstiones lucem habeant, alius res est repetenda, & examinandum, an pro quolibet turpi lucro accipi pretium licite possit? nam deinde ad has difficultates de virgine commodius descendemus.

9. Et quidem regulam universalem sic statuo: *f* quoties pretij traditio ex parte dantis, vel receptio ex parte recipientis, vel utraque ex parte utriusque, est ratione sui turpis, & illicita contra justitiam, toties ultra peccatum, est obligatio restituendi: quoties vero ipsa receptio est illicita & peccaminosa contra alias virtutes, quamvis item peccatum antea fuerit contra easdem virtutes, imo & antea peccatum fuerit contra justitiam, tamen si ipsa receptio non est contra eandem justitiæ virtutem, tunc licite post impletam conditionem potest recipi pretium, & retineri sine obligatione restituendi. Ratio fundamentalis regulæ est, quia obligatio restituendi non oritur, nisi ex peccato contra justitiam, ut certum est apud Doctores, & dicitur suo loco; cum igitur in pri-

ma parte regulæ contra hanc fiat, non in secunda, ibi erit obligatio, hic non item. Sed explicatius verba regulæ breviter expendamus.

*f* Azor. p. 3. lib. 4. c. 21. Mol. tr. 2. disp. 82. Valent. q. 6. de Just. p. 5. §. 2. quæstione. 5. Sal. cont. 4. 5. Less. li. 2. c. 14. dub. 3. & c. 18. dub. 3. Vas. de rest. §. 3. c. 7. Dian. to. 1. p. 2. tr. 26. res. 38. alios cit. de Lug. to. 1. de just. d. 18. sec. 3. Dicast. lib. 2. tr. 2. de just. d. 6. dub. 1.

10. Dixi primo, in priore parte regulæ (traditio ex parte dantis) talis est, si rem tibi det ille, qui ejus non est dominus, qualis esse in rebus non suis solet servus, filiusfamilias, latro &c.

11. Dixi secundo, (ex parte recipientis) talis est, si usurarius lucrum, vel latro pecuniam à te extorqueat; licet enim tu sine peccato des, illi tamen injuste recipiunt.

12. Dixi tertio, (ex parte utriusque) talis est, si simoniace Episcopus, v. g. pecuniam ab ordinando recipiat; tunc enim tam Episcopus, dum recipit, quam ordinandus, dum dat, illicitè non solum contra religionem, sed etiam contra justitiam, agunt, ut fusi in tractatu de simonia.

13. Dixi quarto, (ratione sui) si enim aliunde actio sit contra justitiam, at ipsa receptio ratione ipsius receptionis injusta non sit, non erit obligatio restituendi, v. g. si custos nemoris, vel gabellæ accipiat pretium, ut sinat arbores scindi, vel gabellam defraudari, licet peccet contra justitiam, unde obligetur domino nemoris & gabellæ totum damnum resarcire, tamen



quia receptio pretij, quod habet à scissoribus, vel defraudatoribus, non est, ratione sui, iniusta, sed iusta, cum exhibeatur ob commoditatem, ipsi à custode, quamvis iniuste datam, non obligabitur ad restitutionem dicti pretij. Simili modo pretium, quod graffator accipit à Petro, v. g. pro homicidio in gratiam ejusdem Petri commisso, non obligabitur restituere; nam quamvis graffator contra iustitiam peccaverit, homicidium patrando, tamen posita jam occisione, remanet quidem ipse obligatus ad compensanda damna, hæredibus occisi inde secuta, at iuste nunc § petit, & accipit mercedem sui laboris, periculi &c. quia nunc nec datio, nec receptio pretij est ratione sui illicita, imo labori condigna. Talis est etiam receptio pecuniæ, quam habet iudex propter sententiam iniuste prolatam. Quamvis enim deliquerit contra iustitiam, lædendo partem, cui debet omnem damnus rescire, tamen, ob eandem rationem, non peccat nunc contra iustitiam, recipiendo pretium pro opere, quamvis iniusto, à se in clientis gratiam facto. Propter sententiam iniuste prolatam, dico; nam propter iustam nihil accipere à cliente, vel retinere iudex, vel quis similis potest, idque propter eandem doctrinam, quam explicamus; quia tunc ipsa receptio est iniusta, ratione sui; si enim sententia est iusta, debetur ea clienti; si debetur, ergo ei vendi per pretium à iudice iuste nequit. Pari denique modo nequit uxor accipere iuste à marito pretium, ne adulteret; quia ad non

adulterandum tenetur uxor ex iustitia ipsi marito, ergo venderet marito, id quod marito est.

§. *Quidquid in contrarium consuluerit nimis stricte Navarr. in Manual. Latino c. 17. n. 41.*

14. Nonnulli h putant, tum dictos iudicem uxoremque, tum similes, licet non possint iuste accipere pro sententia iusta, & pro omissione adulterij quidpiam à cliente & marito, posse tamen ab alio tertio extraneo, nec agente in gratiam, seu nomine clientis vel mariti; favent huic sententiæ ea, quæ dicam nu. 21. Ratio est, ajunt, eadem, quam inculcamus, quia tunc talis receptio potest esse iusta, ratione sui. Nam iudex & uxor nihil debent ex iustitia ejusmodi extraneo, ergo possunt iuste suam operam vendere; qua venditione posita subibunt novam obligationem ex iustitia; anti-quam enim habebunt, ut iudex & uxor, respectu clientis & mariti; at nunc novam subeunt, ut habentes pretium ab extraneo, in gratiam ipsius extranei. Hanc sententiam cum dicta limitatione approbat De Lugo l. c. sed deinde alibi, eam absolutè reprobat: nihilominus sic limitata non videtur improbabilis; solum in praxi semper timebo, ne in gratiam clientis, & uxoris detur pecunia. Neque dicas, hinc sequi, simili modo, iusto pretio posse vendi à iudice & uxore hanc novam obligationem ipsis clienti & marito, ne id dicas, inquam, quia hæc nova obligatio nihil addit emolumentum ipsis clienti & marito, cum ipsis satis superque sufficiat ad suum jus consequendum



dum antiqua obligatio: ergo nihil ipsis venderetur, ergo injuste reciperetur pretium &c. At extraneo aliquid venditur, nempe obligatio, ratione ipsius, quæ antea non aderat &c.

*h De Lug. to. 1. de just. d. 28. sec. 3. nu. 64. c. Vasq. hanc eandem sent. sequitur. Sot. & Io. la Cruce apud eundem de Lug. l. mox. cit. i. De Lugo idem l. 2. de just. d. 37. se. 11. nu. 126. cum Molin. ab eod. cit.*

5. Rursus in secunda parte regulæ, dixi primò: (quoties receptio est illicita contra alias virtutes) talis est, si quis quid recipiat, v. g. contra temperantiam, ut si recipiat pecuniam à te, ut se inebriet; talis, si pecunia, quam justè recipis à tuo censuario, velis uti ad ludendum, fornicandum &c. non enim obligaberis ad restitutionem acceptæ pecuniæ; licet enim pecces contra alias virtutes, non tamen contra justitiam. Idem evenit in histrionibus & parasitis, qui licet actum peccent contra castitatem, turpia, v. g. proferentes, non propterea injustè recipiunt mercedem sui, quamvis peccaminosi, famulatus.

16. Dixi secundò, (quamvis peccatum antea fuerit contra alias virtutes) talis est receptio pretij, quod habet faber ob idolum v. g. edolatum infidelium: esto enim, peccaverit contra Religionem, vel fidem, adhuc tamen potest pretium laboris accipere & petere, quia hæc acceptio non est in se contra justitiam. Talis item est, quando meretrix accipit pretium pro usu sui corporis homini concessio; peccavit enim contra castitatem, sed nunc pretium

justè recipit, petitque sine peccato; vendidit enim non quidem peccatum, quod, cum sit nihil, invendibile est, sed commoditatem, sed famulatum sui corporis, sed honorem suum, sed periculum aliquando suæ vitæ, quæ sane pretio sunt æstimabilia. Illud in hoc exemplo nota, publicam meretricem posse, etiam in foro externo, petere pretium sui corporis, quod prohibetur sceminis honestis: hæc enim licet in conscientia possint petere, & retinere pretium pro actu turpi, tamen à foro externo puniuntur, & in penam delicti, privantur pretio, post sententiã.

17. Dixi tertio (quamvis peccatum fuerit contra justitiam &c.) talis est, quando judex pro sententiã injusta; talis, quando grassator pro homicidio; talis, quando uxor pro adulterio jam facto &c. ut ex dictis liquet.

18. Dixi denique quarto (post impletam conditionem) nam ante semper adest, saltem consequenter, obligatio restituendi. Det v. g. Petrus centum aureos grassatori, ut aliquem occidat; dico, grassatorem, antequam impleat conditionem, id est, antequam hominem occidat, teneri ad restitutionem illorum centum. Ratio est, quia tenetur ex justitia rescindere hunc contractum, & non stare promissis; posita autem rescissione, jam non habet titulum ea centum retinendi, & consequenter habet obligationem restituendi. Idem dic, si pretium acceptum fuit à muliere ob futuram fornicationem, & à quocumque, ob futurum quodlibet peccatum: nam semper adest obligatio non peccandi, atque

adeo



Heo rescindendi promissionem, & consequenter restituendi: id quod non ita esse, si jam peccatum factum fuit, esse patet: nam illud non fuisse, non est amplius in mea potestate; cum ergo ex alia parte in eo peccato iam patrato inveniatur meus labor, vel quid si utile dignum mercede, illa non sum modo dicto defraudandus.

1 De Lugo, t. 1. de just. d. 18. sec. 3. n. 45. & 49.

19. Iam vero, si res turpis exhibita sit, pretium autem nondum sit traditum, sapius dixi, peti illud sine iniuria posse: at an negari possit, nondum dixi. Id ergo explicatius proponamus & illustremus. Promissit gratulatori, meretrici, honestæ puellæ, histrioni, iudici injusto &c. centum aureos, ob turpes actiones ab his respectivè gerendas, ij eas plenè exhibuerunt, poterisne tu ijs petentibus ea centum negare, & in conscientia non solvere? Respondedo, ex nostra communioraque sententia, non poteris; si enim promissisti, & illi ex sua parte rem vendibilem posuerunt, non est, unde tu ab obligatione restituendi liber evadas. Excipe semper, nisi leges irritaverint pactum, seu promissionem, ut certe fecerunt in promissionibus simoniis. Addit De Lugo, n si negari licitè possit pretium pro re turpi, negare etiam justè possit adolescens matrimonium puellæ, qui, ut eam defloraret, illud vere promissit pro re turpi, & tamen omnes fere Doctores clamant, negare non posse.

in Rebell. Less. Tur. Mald. Syl. Ar. alij, quos citat sequiturque Diana in

cit. adde Dic. to. 2. tr. 3. de just. d. 6. d. 1. n. 12. u. De Lugo, t. 1. de justit. diff. 18. sec. 3. n. 47. & n. 59.

20. Dixi (ex nostra sententia) nam non ignobiles Doctores docent, neminem teneri ad solvendum alteri, quod pro re turpi illi promissum est, secluso juramento, quamvis promissarius conditionem plenè posuerit; idque in omnibus casibus, tum scilicet in ijs, qui per leges puniuntur, qualis est fornicatio mulieris honestæ, homicidium, adulterium &c. tum in quibuscumque alijs. Ratio est (inquiunt) quia promissio illa de re turpi patranda suis nulla, nec ullo modo obligans, utpotè peccaminosa; quare nec erit ex obligatione servanda. Addit Navarrus, & dationem & acceptationem, pro re turpi commissa, esse novum peccatum, quia est approbatio peccati commissi. Sed certè hoc dictum Navarra à veritate procul est, ut ex dictis colligi potest.

o Navar. in man. c. c. 17. n. 40.

Hæc sententia, quæ probabilis comsetur à non paucis, p mihi & communiter recentioribus non placet, ob rationem dictam numero precedente, quia tamen tot viri docti eam nequaquam reiiciunt, nec ego reiicio, sed ad ijs expendendam relinquo.

p Less. li. 2. c. 14. dub. 8. n. 60. & c. 18. d. 3. n. 2. Dian. p. 2. t. 16. ref. 38. & p. 4. tr. 4. ref. 27. Nav. Valer. Comitol. apud Dian. l. c. & multi Canonista apud Ar. or. 3. p. lib. 4. c. 21. q. 2.

21. Distum est de acceptatione pretij pro opere turpi; quid pro omissione operis, turpis, atque adeo pro opere



opere bono? Si v. g. Petrus sit dedis-  
sus ludo, scoris, blasphemis, & ego  
ne hæc committat, do illi pecuni-  
am, licitè ille accipere & retinere  
potest, posito, quod ea non commit-  
tat? Respondeo, licitè q̄ posse, quia  
quamvis ille astringatur, ea peccata  
ex alijs virtutibus non committere,  
non tamen ex iustitia, saltem mihi de-  
bita; quare si omittat in gratiam me-  
am, sub nova hac obligatione, iuste  
preemium retinebit. Si ea peccata  
non committere deberet mihi ex iusti-  
tia; nihil à me posset accipere; propter  
hactenus dicta. A me, inquam; nam  
num possit ab altero, colligitur ex di-  
ctis num. 14. Nec in casa nostro adest  
simonia, quia hæc, quæ donantur ad  
avertendos homines à malo, vel ad al-  
liciendos ad bonum, gratis donantur,  
vel sub conditione, non vero in preti-  
um; quo etiam pacto excusantur à  
simonia fideles, quando munusculis  
alliciunt infideles ad fidem, vel pueros  
ad religionis ingressum.

q̄. De Lugo, alijs cit. f. 1. de ius. d. 18.  
sec. 3. à nu. 66. r. usq. apud eundem  
de Lugo ib. n. 69.

22. Porro ex dictis jam facile re-  
spondebis primæ quæstioni nu. 8. pro-  
positæ: ante patratum enim stuprum,  
debet virgo rescindere promissionem,  
& reddere pretium, juxta dicta nu. 18.  
at eo patrato, potest licitè & iustè il-  
lud in conscientia petere ac retinere, ut  
ex dictis, præsertim nu. 19. patet.

Nonnulli ( ut id hæc occasione  
dicam ) injiciunt scrupulum conjuga-  
tæ, quæ accepit pecuniam pro adulte-  
rio; ajuat enim, eam pecuniam debe-

ri ab ipsa ( occultè, ne prodatur ) tradi  
marito, quia maritus est dominus  
corporis uxoris. Sed hoc, licet doctis-  
simos, non audio, ut nec audiunt alij  
non ignobiles Doctores. Ratio mi-  
hi videtur esse, quia vir non est ita do-  
minus corporis uxoris, ut in illud per-  
fectissimum habeat dominium, sed so-  
lum ita, ut illo uti queat in debito  
conjugali, omnibus alijs exclusis,  
quod certè non tollit uxori facultatem  
acquirendi, licet cum peccato, ex turpi  
sui corporis concessione. Vxor enim  
non est sicut mancipium, quod, quia  
incapax est dominij, quidquid acqui-  
rit, domino acquirit &c.

f. Mol. Reg. Bannes alijsq. apud Dian.  
p. 2. f. 17. ref. 17. r. Megala; Bonaci-  
na, Grassis, Diana eos citans d. ref. 7.

Quantum pro usu corporis iuste  
exiget mulier?

23. Ad posteriores autem quæstio-  
nes, quæ hujus pretij taxam inquire-  
bant, communis responsio est; specta-  
tis omnibus, id est, personæ nobilitate,  
pulchritudine, ætate, honestate &c.  
esse id decernendum; plus enim me-  
retur honesta, & nemini pervia, quam  
omnibus obvia &c. Verum ad hanc  
responsionem animus, qui explicatius  
aliquid, & magis determinatum desi-  
derat, non omnino acquiescit.

24. Distinguunt nonnulli, vel si-  
nim sermo est de meretrice, vel de  
fœmina honesta. Meretrix ( ait De  
Lugo u ) non potest iustè petere, vel  
accipere, nisi quantum plus minus so-  
let ipsa eadem à cæteris conquirere.  
hac



Hæc enim est emptio & venditio inter illam, & amasium: hic dat pretium illa usum corporis; cum igitur conditio emptionis & venditionis iusta requirat, ut pretium sit illud, quo communiter res venditur, ita erit & hic. Quare si meretrix dolo fingens se esse honestam, cum tamen talis in communi opinione non sit, vel fingens, ab alijs multum accipere, plus notabiliter accipiat, obligabitur excessum restituere: nisi fortè ex circumstantijs colligat, esse liberalem donationem amasij, quam ego tunc adesse præsumerem, quando is spontè, & non exactus à meretrice, tantam vel tantam mercedem porrigeret. De promissione nimis prodiga, vide, quæ dixi, cum de juramento.

u. De Lugo t. 1. de just. d. 1. sec. 2. num. 47.

At vero famina honesta potest petere & sumere, quantum ei placet; ratio est, quia in his & similibus rebus, quæ pretio statuto, vel vulgati carent, tantum res potest vendi, quanti eam aestimat, qui vendit. At puella honesta plurimum potest suam honestatem aestimare; unde vides, meretricem, de qua numero precedente fuit locutio, potuisse initio suæ prostitutionis plus accipere; at ubi tanto, vel tanto pretio honestatem suam aestimavit, huic aestimationi debet stare; secus, venderet supra aestimationem.

Hæc ex de Lugo. Fateor, hanc distinctionem esse probabilem; sed quoniam non improbabilis est sententia, suo loco x inferius afferenda, dicens, in rebus, quæ non sunt victui ac vestitui, & his similibus necessaria, quem-

libet posse rem suam vendere, quantum sine fraude potest; sic enim conceditur, falconem, canem venaticum, gemmam tanti vendere, quanti quis potest; quia hæc sunt ad delicias, non ad necessitatem; cùm etiam id non sit sentiendum de meretrice, quæ usum actualem sui corporis velit huic vilis, huic carius, ut ei libet, sine dolo vendere? Addidi (sine dolo) nam si mendacijs utatur & fallacijs, non illa solum meretrix, verum etiam quæcumque aliàs honesta similibus utens, pariter erit iniustitiæ rea.

x Inf. lib. 8. tr. 3. c. 7. §. 4. nu. 20. ex Val. Tol. Sa, ubi respondebimus arg. allato à de Lugo.

*Deflorator virginis, vi, metu, &c.*

26. Si virgo vi, fraude, metu iniusto aut reverentiali (addunt non nulli preces importunas, quas tamen ego non xx addo; preces enim, ut & blanditiæ augent voluntarium, non imminuunt; nisi sint à superiore, cui reverentia debeat; nam tunc res transit in metum reverentialem) si virgo, inquam, vi &c. florem sui corporis deperdidit, obligatur a stuprator sub distinctione, vel eam ducere, vel damnum reficere dote, seu pecunia; vel curando, ut æquè bene nutret, ac si fuisset intacta. Ratio est, quia sic satis compensatur injuria. Simile quid debet, si solum quis osculatus est vi puellam, cum ejus infamia, &c. debet enim refarcire quantitatem damni. Quare si sufficienter refecit, vel reficere detur pauca pecunia, superaddendo v. g. nonnihil doti, quam illa virgo ali-

Bb

unde



undè possidet, non tenetur in conscientia nec ducere, nec integrè dotare: cum enim radix hujus obligationis sit sola injuria, nam si affuisset promissio, alia est ratio, de qua mox profecto injuria compensata, nihil superest obligationis, Nam propterea, si deflorator illam vi defloratam ducere velit, illaque nunc ad matrimonium consentiat, satis etiam injuriã reficiet, nec erit pecunia ulla superaddenda.

uu *Turr. alijq. apud Dian. p. 2. tr. 16. ref. 48. xx cum Vasq. Petro Nav. alijque quos sequiturque Dic. li. 2. de just. tr. 2. d. 7. d. 9. nu. 117. a DD. apud de Lug. r. 1. de just. d. 12. sec. 1. n. 11. quib. adde Dic. l. c. nu. 109. alios ci-*

27. Quod si stuprator pecunia, vel alia via careat, qua damnum reficiat, obligabitur, invitus illam ducere? Respondeo, esse distinguendum. *b* Si enim non est magnus excessus inter ipsum & ipsam, obligabitur, quia justitia urget, omnibus competentibus vijs resarciri damnum: at si est magnus excessus, vel aliquid grave adfit ex illis, quæ solent sponsalia ritè dissolvere, non obligabitur deflorator; solum tenebitur, alias vias compensandi quærere, si est spes illas invenendi. Ratio est, quia nec etiam alia debita necessario sunt restituenda, quando longè plus expendere opus est, quàm sit valor ipsius debiti, ut inferius dicitur *c* suo loco.

*b de Lugo ib. nu. 18. c inf. li. 8. tr. 4. c. 1. §. 8. n. 3.*

28. Olim duo virginum violenti stupratores, sed sine promissione matrimonij, acceperunt ad me, quorum alter deperibat defloratam ducere, at

illa penitus recusabat. *Contra*, alter (ut sunt hominum propensiones affectusque diversi) volebat defloratam ducere; at illa enixè cupiebat: interrogabant ergo, quid in conscientia faciendum?

29. Pro responsione, non potui ad defloratæ ac deflorantis disparitatem recurrere; æque enim erant nobiles, divitesque; quare absolutè decernenda controversia fuit. Dixi, in utroque casu pecunia seu dotis augmento esse injuriam compensandam. Non enim virgo, in priore *d* casu, debet sine debita satisfactione remanere: & ex alia parte, eadem non potest cogi ad matrimonium, quod omnes sacri

Canones clamant, oportere esse omnino liberum; adde, iniquum esse, eam puellam, quæ passa est injuriam stupri, obligari ad patiendam aliam majorem in voluntarij matrimonij. Pari modo, in posteriore *e* casu, deflorator non potest cogi ad contrahendum matrimonium cum puella, quam ipse respuit, modo pecunia, vel alia via illi, ob damnum virginittatis læsæ, provideat; sibi enim tunc virgo imputare debet, si eam compensationem nolit admittere. Ratio est, quia matrimonium etiam ex parte sponsi liberum esse debet, & stuprator, ut modo dixi, non habet obligationem absolutam ducendi, sed solum sub distinctione, scilicet, vel ducendi, vel dotandi; idque non ad electionem liberam virginis, sed ad suam, modo damnum integrè resarciat. Scio, aliquos in hoc secundo casu obligare stupratorum ad ducendum, sed illis propter dictam rationem assentiri non debeo.

*d Tur-*



& Turrian. *diff. 30. du. 2. nu. 15.* e  
*Leff. li. 2. c. 10. du. 2. n. 3.* F. *Azor. t.*  
*3. l. 5. c. 5. q. 4. & 13.*

30. Aliam item diremi litem. Asse-  
 rebat adolescens quidam, puellam à se  
 vi cognitam, non fuisse virginem, ipsa  
 contra, virginitatem suam constanter  
 proclamabat: addebat, esto, non fue-  
 rit, ac certè ab omnibus semper vir-  
 ginem se fuisse putatam.

31. Respondi, in dubio, puellam  
 praesumi virginem; quare nisi certo  
 sciat deflorator, illam non esse talem,  
 virgini fidem habendam, & conse-  
 quenter resarciendam; vide, quæ li-  
 bro primo *g* in hanc rem notavi, ubi  
 etiam dixi, dubio existente, an metus  
 seu dolus, imò & an promissio inter-  
 sesserit in stupro, quid discernendum?

*g lib. 1. in dec. c. 3. §. 7. v. virgo.*

32. Ad id, quod addebatur, respon-  
 di, si copula occulta fuit, *h* liber à re-  
 stituitioe adolescens est, quia ex una  
 parte claustrum virginitatis non ipse,  
 sed alius abrupit, & ex alia damnum  
 aliud, quod huic pertineat, non potu-  
 it evenire sceminae ex copula illa oc-  
 culta. At si per adolescentis culpam est  
 patefacta violatio, unde difficultas  
 major orta sit ad nuptias, restitutio-  
 nem deberi, juxta supra dicta, merito  
 docet Vasquez *i* cum alijs.

*h de Lugo t. 1. de just. d. 12. sec. 1.*  
*n. 15. l. Dic. l. c. nu. 126. & seqq. i*  
*Vas. Turrian. Azor. alijs apud de Lugo.*  
*tit. nu. 15.*

*Deflorator virginis cum promissione*  
*matrimonij.*

33. Vel vera fuit, & ex animo pro-

missio, vel solum fictis verbis fallax:  
 utraque suis scet non vulgaribus dif-  
 ficultatibus.

*Promissio vera.*

34. Si fuit vera promissio, multo  
 magis, si jurata, defloratorem obli-  
 gari ad nuptias celebrandas, atque ad  
 matrimonium consummandum, nisi  
 legitima accedat excusatio, certum *l*  
 est; etiam si votum castitatis (ut item  
 religionis) post promissum matrimo-  
 nium emiserit, *m* imò etiam si ante.

*l. Vasq. de rest. c. 3. §. 2. dub. 6. Leff.*  
*Reg. Sanc. Cominch. alijs, quos citat &*  
*sequitur de Lugo loco mox cit. in l. de*  
*Lug. t. 1. de just. d. 12. sec. 3. per totam*

Ratio est, quia is fuit contractus o-  
 nerofus in hunc modum: *Promitto*  
*conjugium, si des usum corporis;* si ergo  
 illa usum concessit, conjugium tu exe-  
 qui omnino debes, nec potes *n* (quam-  
 vis voveris) deliberare de religione,  
 ne intra bimestre quidem, sed debes,  
 ut dictum est, consummare, quia re-  
 gulariter promissio de ducenda uxore,  
 hoc importat, & non solum consen-  
 sum de praesenti adhibere, & nil præ-  
 terea: ad quid enim utilis esset conjugi  
 ejusmodi consensus, si deinde relin-  
 quendus esset? Dixi (regulariter) si  
 enim in aliquo rarissimo casu per so-  
 lum matrimonium ratum & non  
 consummatum, totum damnum vio-  
 latae puellae resarciretur, posset, ex De  
 o Lugo, locum habere sententia illo-  
 rum, qui *p* dicunt, sufficere huic ma-  
 trimonium ratum; & tunc obligabi-  
 tur is, non consummare, sed ad reli-  
 gionem evolare, quam vovit.

Bb 2

n. Quid-



*n* Quidquid dicat Pont. li. 6. de ma-  
tr. c. 12. n. 9. o de Lug. l. c. n. 49. p  
Basilius, Pont. lib. 6 de matr. c. 12. n. 9.  
apud Dianam p. 3. t. 4. ref. 203.

35. Neque obstat nostræ sententiæ  
votum, siue subsequens, siue etiam  
precedens dictam promissionem. nam  
dicta promissio ex iustitia servari de-  
bet virgini ( imo etiam viduæ bonæ  
famæ, sub promissione similis matri-  
monij violatæ ) quod debitum oritur  
ex delicto defloratoris ; at vota illa  
sunt ex mera promissione. Et certè  
communis est opinio, debita ex deli-  
cto prius esse solvenda, quàm debita  
ex promissione gratuita: sicuti igitur  
si elemosynam centum aureorum  
promittas Ecclesiæ, & deinde fureris,  
vel antea furatus fueris similia centum  
à Petro, prius deberes reddere alienum  
ipsi Petro, quàm solvere votum Ec-  
clesiæ, ita in casu nostro &c. Si vo-  
tum erat notum sceminæ, non pro-  
pterea vir excusari à matrimonio po-  
test, quia potuit tunc scemina putare  
de illo voto ( ut solet ) fore, ut petere-  
tur dispensatio. Scio, à Diana pp pu-  
tari probabile, hunc voventem, ante  
promissionem matrimonij factam de-  
floratæ, debere votum servare, quia  
urget prior promissio facta Deo: ve-  
rum, an id sit probabile, penes ejus  
auctoritatem sit.

pp Dian. p. 5. tr. 14. ref. 33.

36. De hoc autem castitatis voto  
omnino peti debet dicta dispensatio,  
ad contrahendum, & ad reddendum  
debitum; jam enim diximus, non  
esse obligationem servandi hæc vota in  
concurrentia dictæ promissionis, id-

que in favorem violatæ, sed ut vir  
possit petere debitum, & post mortem  
uxoris aliam ducere.

o Less. li. 2. c. 10. dub. 4. n. 34.

37. Dicitur est nu. 34. ( nisi legiti-  
ma accedat excusatio ) nam etiam si  
fuerit jurata p promissio, excusabi-  
tur primò deflorator ad non ducen-  
dam defloratam, si superveniat ali-  
quod impedimentum dirimens, de  
quo obtineri dispensatio non possit;  
nam ad impossibile nemo tenetur. Si  
tamen potest, certè impetrare omnino  
debet, quia debitor semper obligatur  
ponere media saltem ordinaria ad sol-  
vendum creditori. Quis enim non  
obligabit artificem ad laborandum  
secundum suum statum, ut furto ab-  
lata restituat? Quid si impedimentum  
hoc dirimens precessit promissionem?  
Respondeo eodem q modo; si enim  
impedimentum est dispensabile, debet  
à stupratore ejus dispensatio obtineri;  
ad hoc enim se obligavit promittens  
matrimonium, vel certè si fictè promi-  
sit, resarciat damnum, dando dorem  
competentem; ad id enim saltem ob-  
ligat deceptio. Solum non obligabi-  
tur, quando scemina se ipsam decept;  
sciebat enim v. g. impedimentum, &  
prudenter advertere poterat fictum a-  
nimum stupratoris, qui non intende-  
bat, dispensationem petere, quam ta-  
men sui deceptionem raro esse in mu-  
lierculis, notabo mox nu. 46. in simi-  
li. Non obligabitur etiam, quando  
ipse stuprator inculpabiliter ad eam  
necessitatem petendi dispensationem  
non advertit, vel impedimentum ei  
incognitum erat, & ex alia parte ejus  
verba



verba non significabant promissionem de dispensatione petenda. Tunc enim (ut etiam in precedenti casu) abest vis, vel frans stupratoris. At si significabant, licet ipse non adverterit, tamen, cum re ipsa dederit causam deceptioni, obligabitur, saltem damna puellae reparare, si non matrimonio, quod non promississet, si advertisset, certe subsidio dotis, quo refarciatur deceptio.

*p Sanc. li 1. de mat. d. 10. nu. 8. sed est contra Mol. d. 106. nu. 4. q De Lu. col. 6. sec. 4. licet contrarius sit Sanchez. l. 5. de mat. d. 5. n. 26. quando promissio fuit absoluta, nulla facta mentione petitionis dispensationis, sed solum data fide de matrimon.*

38. Excusabitur r secundo deflorator, si mulier fornicetur postea cum alio, vel simile quid dignum divortio committat: si enim hæc, matrimonio jam contracto, separationem concedunt, multo magis concedent, non contrahere.

*r Dian. p. 3. tr. 6. ref. 81.*

39. Excusabitur tertio, si ex tali matrimonio probabiliter timeatur futurum magnum scandalum, vel fore malum ejus exitum per rixas, discordias &c. Sicuti enim hæc dissolvunt sponsalia, ita & promissionem, de qua loquimur. Quare lege Sanchez, qui docet, quando hoc scandalum, & similia esse debent, ut dissolvatur sponsalia; nam illa etiam hic usui erunt.

40. Excusabitur quarto, si se virginem finxit mulier; tunc enim fiet compensatio, ut sicuti mulier virum decepit, fingendo, se esse intactam, sic

vir non observando promissionem matrimonij. Quod si vir ex se credit illam virginem, & ideo verè promisit, certe non erit obligatus ducere, quia ipse virginem volebat, & sub hac conditione promisit. At obligaturne compensare damnum mulieri ex ipsa copula illatum? Respondeo, hoc (saltem occulta existente copula) vix ullum solet esse; solum igitur remaneret obligatio restituendi pretium pro ipsa copula, ad quam in gratiam viri consensit mulier: sed fortasse communiter hujusmodi semihonestæ mulieres suum corpus solum concedentes ob promissionem matrimonij, nisi expressè petant, quod rarum est, remittere videntur copulæ pretium.

41. Excusabitur quinto, si vir puellam tetigit dumtaxat, quamvis tactibus impudicis: cum enim ipse promiserit, ut supponimus, conjugium, propter copulam, non debet ex solis tactibus. Quod si tactus cogniti ab alijs fuerint (tale esset osculum publicum) & inde infamia nata sit contra virginem, erit distinguendum. Vel enim promissisti matrimonium tactui & copulæ, copulam autem non obtinuisti, sive tua, sive virginis, sive utriusque causa, & tunc, non eris obligaris ad nuptias, quia non est posita principalis conditio, obligaris tamen ad damnum, quod forte ex tactibus ortum est, ut ex se patet: vel promissisti matrimonium soli tactui; v. g. osculo; & tunc puto, te obligari ad eam ducendam, propter pactum jam initum. Sicut enim si vir superioris dignitatis promisit virgini, ut illam defloraret,



floraret, matrimonium, eam debet ducere, non obstante illo excessu, quia tunc ratione promissionis debitus est totus ille excessus, in casu nostro &c.

*rr Sanc. li. 1. matr. d. 10. n. 14. f. De Lugo l. c. sec. a. n. 32.*

42. Ex alio capite puto, etiam esse probabile, virum hunc solum tangentem puellam, & matrimonium promittentem, ut item virum illum excedentem dignitate, non obligari regulariter ad eam ducendam, sed solum ad damnum compensandum. Quando enim (ait t. Lessius) aliquid prodigè promittitur, excedens valde valorem rei, quæ petitur, non censetur velle se aliquis obligare, nisi quantum operis valor exigit: quare, cum in casibus nostris matrimonium valeat plus, quam tactus ille, vel quam illa virginis infimæ pula, non censetur illi viri se ad illud obligasse. Notanter dixi, regulariter; nam si vere promiserunt, animo se obligandi, non video, unde possint hi à servanda promissione resilire, præsertim quia honesta mulier potest suum corpus justè vendere, quantum ipsi placet, ut superius 9. 3. num. 25. diximus satis.

*t. Less. li. 2. c. 13. d. 1. n. 9.*

Quando deflorator vult promissionem servare, & virginem ducere, illa vero, vel parentes recusant, an obligetur alia via damnum rescire, dicam mox num. 48.

*Promissio defloratoris ficta.*

43. Quamvis fictè, & sine animo se obligandi promiserit quis mulieri violatæ matrimonium, tamen obligabitur ad resarciendum totum damnum, quia ejus damni per illam

fictionem ipse violator causa est. Nec obstabit votum, x sive subsequens, sive præcedens, ut ex dictis num. 31. colligi potest. Idem puto, si fictè quis de præsentì matrimonium cum aliqua contraxit, & sub eo prætextu violavit. Idem denique, etiam si per promissionem fictam solum extorserit oscula & tactus: semper enim damnum illatum rescirci propter dictam rationem debet, etiam si ea virgo non fuerit, sed mulier a honesta &c.

*u. DD. cit. & passim. x De Lugo t. 2. de just. d. 12. sec. 3. nu. 27. & 48. a S. Th. in 4. dist. 48. q. un. ar. 2. ad 4. alijq. multi apud Sanch. li. 1. de matr. d. 10. num. 2. contra Præpositum allatum à Diana p. 5. tr. 14. ref. 32.*

44. Difficultas ergo solum est, an satis sit, si violator tunc resarciat alia via æquivalenti, non autem matrimonio, quod fictè promissum est? Et communis sententia a est, non esse satis, sed matrimonium contrahere omnino debere. Ratio est, quia personalis fuit, licet ficta promissio, de sua scilicet danda persona; ergo in hac personali obligatione jus obtinuit decepta, ergo cum hac possit servari, injustitia mulieri fieret, si poneretur in æquivalenti: sicut si tibi jus est in hunc numero equum, non sit justa satisfactio in pecunia, vel in æquivalenti.

45. Non desunt tamen hic sue excusationes: primò, quando supervenit impedimentum irreparabile: secundò, quando mulier fornicatur cum alio: tertio, quando timetur scandalum, & malus matrimonij exitus: quarto, quando mulier se virginem finxit: quinto, quando habentur soli tactus,



tañtus, de quibus vide dicta num. 48. & 42. hic proportionaliter applicanda: sextò, excusant communiter Doctores, *b* quando tantus forte est excessus inter promissariam, ut facile potuerit scēmina cognoscere fictionem viri admodum digni; huc etiam pertinet, quando vir ijs verbis ambiguus utitur in promittendo, ut facile appareat, ab ipso velle scēminam decipi.

*b* *S. Th. l. c. Sanch. l. c. n. 39. Vasq. de rest. c. 3. §. 1. dub. 3. n. 19.*

46. Quoniam vero ijdem doctores fatentur, scēminam facile decipi, non culpa sua, sed fragilitate sexus, ac iudicij minus perspicacis, unde tunc non posse fictē promittentem recurrere ad hanc excusationem, ideo puto, vix in praxi excusari ex hoc capite violatorem: si tamen, in raro casu, deceptionis sibi sola causa est mulier, sibi imputet, nec violator ad matrimonium obligabitur.

47. Quid, si mulier non cognoscebat, illum virum adeo excellere, obligabitur ne vir ille fictē matrimonium promittens ad illam ducendam? Respondeo, si fictē promisit (nam si verē, dixi supra nu. 41. sine) non videtur obligandus, nisi ad resarciendum damnum per æquivalens. Ratio est, quia ex una parte non obligatur ipse, ex vi promissionis: ficta enim illa fuit: & ex alia, si mulier excessum dignitatis non cognovit, non consentit viro sub ratione tantæ dignitatis, ergo non potest matrimonium tam dignum exigere: semper enim haberet plus, quam ei deberetur. Sufficiet, ergo, si ei alio modo recompensetur,

*c Sanc. ib. n. 21. de Lugol. c. sec. 2. n. 32.*

48. Petes hic denique, an teneatur deflorator resarcire damnum alia via, si is velit defloratam ducere, sed ipsa abnuat, vel ea volente, abnuant efficaciter ejus parentes?

Respondeo, si nolit ipsa, ad nihil deflorantem *d* obligo, si ve ex animo, si ve ficta tergiversatione sponderit, quia vir conjugium promisit, non aliud. In uno casu eum obligarem resarcire damna, quando vir finxit se melioris notabiliter conditionis, quam fuerit mulier: tunc enim hac decepta fuit, & jure nunc tanquam indignum eum respuit; ergo illi stuprator debet damnum, ratione deceptionis extortum, resarcire. Quod si nolint parentes, tunc aliqui *e* non improbabili-ter obligant ad resarcienda damna alia via, quia non æquum est, virginem sine sua culpa irreparatam remanere. Sed certē probabile *f* etiam est, nec tunc obligari ad aliquid stupratorum, quia ipse solum obligatur ad id, quod fictē, vel verē promisit, solum autem conjugium promisit. Illud ex supradictis n. 37. noto, si facile vir parentes inducere posset, obligari ipsi, ad illorum assensum obtinendum, quia qui aliquid promittit, promittit etiā implicitē ordinaria media ponere, quæ faciunt ad implendā promissionē.

*d* *De Lugol. c. n. 28. e Sylv. Nav. alijq. quos refert Sanc. l. 1. matr. d. 10. nu. 15. Vasq. l. c. §. 1. du. 3. num. 12. f* *Sanch. l. c. de Lugol. 1. n. 29.*

*Dubium incidens.*

*De muliere fictē copulam promittente.*

49 Ex ejusmodi promissione nullam obligationem induci, ex se patet



patet, tum quia promissio vera non est, tum quia etiam si esset, deberet, ut superius p dixi, rescindi, utpote de peccato committendo. Illud ergo hic explicandum est, an si mulier accepit munera ab amasio, obligetur restituere? Et restituere quidem obligabitur, si accepit ex pacto futurae copulae, pacto, inquam, siue explicito, siue, ut saepe in hac materia evenit, implicito, quia tunc pari modo obligatur rescindere pactum. Verum si sine pacto, sed ex liberalitate amasij accepit, qui eam ijs muneribus allicere tentabat, spe concepta de copula, duae sunt difficultates: altera, an mulier ea sine peccato accipiat? secunda, an accepta restituere teneatur?

g *sup. c. §. 3. n. 13.*

50. Ad priorem, puto, in praxi & communiter, non solum mulierem indecore ea recipere, sed etiam mortaliter illicitè: ratio est, quia etiam si mulier verbis dicat, se recipere, sed nolle consentire, tamen re ipsa fovet amorem alterius, qui semper in praxi putabit, admissio à puella munere, facilius eam expugnari posse. Quod si in rarissimo casu id non esset, & donatio amasij ex parte sua jam completa sit, ut si amasius eam rem dederit seu consignaverit mediatori inter ipsum & puellam, mera acceptatio mulieris non esset ex hoc capite peccaminosa; non enim esset causa illicitae donationis, quia haec jam supponitur completa, & ex alia parte jam supponis nullam esse cooperationem cum alterius peccato.

51. Vnum nota, certam moraliter sibi debere esse pravam mittentis mu-

nera voluntatem; secus, licitè recipis, quia nemo praesumendus est, nisi constet, delictum velle committere.

52. De Lugo i excusat etiam aliquando à peccato mulierem, quae scit animum depravatum mittentis munerera, sed munera ipsa id ex circumstantijs non significant; possent enim (inquit) ex titulo affinitatis, vel honestae amicitiae mitti; adde, & titulo futuri matrimonij; qua ratione concedit, in aula regis puellas nobiles posse obsequia & munera nobilium juvenum acceptare, solum enim sic significatur servitus illis nobilibus femininis debita, vel desiderium nuptiarum, non vero turpe commercium. Illa igitur puella non censetur assentiri inhonestae juvenis intentioni, sed indifferenti illi obsequio dumtaxat. Haecenus ex illo. Verum non acquiesco, quando de depravata voluntate mittentis puella certa est. Fateor enim, posse illa munera mitti ex illis honestis titulis, sed nunc de facto cognoscuntur mitti ex inhonestis, & ex intentione mala, quam fovere ea recipiendo, mulieri nullo pacto licet. Praxi igitur illa Aulica solum in culpa incerta & dubia admittatur, expodatur in peccato certo. Possent etiam puella non rejicere publicè illa munera, quando sic puella malam juvenis intentionem occultam, cum ejusdem juvenis infamia propalaret. Sed quia praedictis nobilibus, qui solent de suis amoribus gloriari, ea mala intentio infamiae non vertitur, ideo regulariter ejus munera poterunt & debebunt in praedicto casu non admitti.

i *De Lugot. 1. de just. d. 18. sec. 3. num. 51.*



*num. 57. 1 De hac re lege novissime Thom. Hurt. debito benignius loquentem p. 1. tr. 1. c. 5. rfs. 10.*

53. Ad posteriorem puto, mulierem sic accipientem non obligari ad restitutionem; ratio est, quia recipiendo non peccavit contra iustitiam; iam enim liberaliter dedit amicue, sciens, ut supponimus, mulierem, neque explicitè, neque implicitè ea acceptare cum pacto copulæ: liberalitati autem, non ex iustitia, sed ex gratitudinis, sine obligatione restitutionis, datur retributio. Quare si sua spe frustratur amarus, sibi suæque credulitati imputet; sicuti quando quis inseruit, vel munera gratis dat Principi vel Episcopò, intentione conquirendi dignitatem, vel beneficium, quod deinde non confertur, principem nullo modo ad restitutionem urget, sed suam inanem spem merito deplorat.

## CAPVT SEXTVM.

## §. I.

*De rapta.*

**I**N Methodo sic habes. *a* in duobus differt raptus à stupro: primò, quia stuprum semper est cum virgine, at raptus est de quacunque muliere, imò etiam puero, qui sane raptus est omnium turpissimus.

*a In Meth. Conf. li. 2. c. 7. §. 9.*

2. Secundò, stuprum solum dicitur violentiam, vel ad summum fraudem: at raptus præter violentiam, addit abductionem: *b* est enim raptus

peccatum luxuriæ, quo persona aliqua abducitur, cum violentia, ad turpem actum cum ea exercendum. Addit igitur malitiam contra iustitiam, atque adeo specialiter confitendam.

*b Fill. to. 2. tr. 30. c. 6. & me cit. Diana. p. 9. tract. 8. ref. 2. citatisque Hurtado, Præposito, alijsq.*

3. Abductio sponsæ de futuro, ut item sponsæ de præsentì, id est, conjugis per duos menses ante consummationem matrimonij, ad quod consummandum prædictum tempus conceditur; abductio, inquam, ejusmodi sponfarum, si est ad finem ritè complendi matrimonium, non est raptus: quia, etiam repugnantibus parentibus, non est abductio ad id, quod est prohibitum: sed si est ad illicitum finem, explendæ scilicet libidinis, erit raptus speciatim in confessione manifestandus.

## §. II.

*Additio.*

**A**D raptum tria *a* ex dictis requiruntur: primò, vis illicita: secundò, finis inhonestæ libidinis, in qua includitur finis matrimonij contrahendi; nam eo modo, id est, violenter matrimonium velle, inhonestæ libido est: tertio, abductio. Nonnulla addamus de singulis.

*a l. fuse Sanchez lib. 7. de matr. d. 12. & 13. Less. li. 4. c. 3. d. 9. alijsq.*

2. Vis illata. Quare si vis inferatur renitenti mulieri cuicumque, etiam non virgini, quamvis parentibus

C c

volens



volentibus, vel tum muliere, tum parentibus invitis, vel solis invitis parentibus, ipsa muliere consentiente, semper erit raptus, explicandus in confessione, quia semper in prædictis modis, præter malitiam luxuriæ, ad est malitia violentiæ, quæ est contra justitiam. Nomine parentum hic veniunt quicumque sub sua potestate mulierem fortè habent, pater, tutor, curator, maritus, sponsus, amici, con- sanguinei &c.

3 Petes hac occasione, qua ratione se geret mulier, ne peccet, quando vis illi infertur? Respondeo, ex Sà: quæ ab aliquo opprimitur (inquit) non tenetur, ad sui defensionem, illum lædere. An vero teneatur clamare, & resistere, quantum possit, sine periculo vitæ & famæ, non convenit inter Doctores. Ego ijs accedo, qui resistendum putant. Hactenus Sà. Ego vero non solum ijsdem accedo, verum etiam puto, tutum nullo modo esse, non accedere. Ratio est, quia se- cius, mulier cooperaretur cum alieno peccato, esto, certissima sit, se propriæ delectationi non consensuram.

b Sà v. luxuria, n. 16.

4. Sed quid, si resistere nequeat? Respondeo, ex c Toletio: si fœmina (inquit) cogeretur ad turpem actum, dummodo ista interius non consentiret actui, quamvis pateretur ab altero, & sentiret etiam delectationem, sed si- ne consensu in ipsam, non peccaret. nam agens absque consensu, non agit; cum consensu autem est mortale.

c Tol. l. 5. c. 21 n. 10.

5. Quid denique? facillene credam fœminæ, se vi oppressam non con-

sensisse? Respondeo, ex d de Lugo In praxi (inquit) difficile credendum est, violentam oppressionem esse abs- que culpa, ex parte fœminæ. rarissi- mum enim est, quod si velit, non pos- sit aliquo modo resistere, ut violatio- nem impediatur: sed ob metum, ob a- nimi imbecillitatem, & aliquando et- iam ob latentem lasciviæ affectum, quem manifestare erubescunt, con- sentiunt fœminæ, saltem invitæ, qui tamen consensus, licet ex parte in- voluntarius sit, sufficit ad peccatum grave, quem consensum, sicut & con- gressum ipsum debuissent virili forti- tudine impedire; & rarissimè contin- git, virum delectationem turpem ab invita omnino & reluctantè captarè, velle. Hæc de Lugo. Cum autem au- dis, mulierem impedire potuisse, at- que adeo debuisse, intellige, illam de- buisse apponere non solum negativam resistantiam, sed vero positivam, id est, motum & agitationem corporis, quantum potest. Si enim quieta ipsa remaneat, jam cooperatur peccato al- terius. nihil enim ille alter à fœmina quarit, nisi quietam congressui se præbere. Quod si propter suum mo- tum, semen viri extra vas emitatur, invadenti imputabitur, non ipsi jure resistanti; & notat ibidem de Lugo, ipsam non posse seminare, quamvis viro seminante: quia ad id nullum jus habet; quare quantum potest, ei seminationi resistendum esse.

d De Lugo t. 1. de just. d. 10. sec. 10. n. 199.

6. Finis inhonestæ libidinis: si er- go est ad alium finem, ut si raperetur puella,



puella, ut fieret serua, plagium esset, & vocaretur, quod est species furti, non raptus.

6. Abductio: Hinc si per vim sine abductione de loco ad locum, femina quis copuletur, peccabit quidem peccato contra iustitiam, specialiter confitendo, sed propriè raptum e non committet. Idem dic, si per fraudem: nam dolus & fraus violentiæ æquipollent, dd cum perinde fiat iniuria contra iustitiam. Pari modo si eam dem cognoscas, per vim ducendo de uno cubiculo ad aliud, vel de loco ad locum non valde distantem, in eadem domo, seu prædio, non diceris propriè rapere, licet violentiam specialiter confiteri debeas, quia non est vera abductio illa, quæ mulierem in diversum moraliter locum non transfert.

e sup. §. 1. n. 2. dd l. unica. §. 6. si quidem, versus, penas autem, c. de raptu virg.

8. Si mulier rapiat, abducaturque virum, etiam ad finem libidinis, non esse propriè raptum, docent merito non pauci, d. apud Sanchez citatum: sed id intellige, quoad penas mox dicendas, quæ solum fulminantur in viros rapientes feminas, non contra. Nam ceterum, si vere adfuit violentia, adfuit & malitia contra iustitiam; quare cum adfit etiam vera abductio, ut supponimus, non est, unde negandum sit, illum esse, quoad culpam, raptum.

d. Ipse Sanc. Gasp. Hum. Prep. Pont. Reg. alisque apud Dian. p. 19. tr. 16. ref. 83. contra Marant. Aversam, Martinum.

9. Hac, quoad culpam. Quoad

penas, five quæ sunt in corpore juris Canonici, e five in Tridentino f hæ numerantur, (pena enim capitis aliaque, quæ infliguntur per jus civile, & quidem semper post sententiam, ad nos non pertinent; videatur Lessius g & Azor h) prima est, ut raptor alienæ sponsæ publica penitentia puniatur. Secunda, ut idem non possit amplius cum nulla alia matrimonium contrahere. Putatur autem à Doctoribus, hoc esse impedimentum impediens, non dirimens, imo hodie jam esse usu abrogatum. Tertia, ut tum raptor, tum ejus adjuutores sint ipso facto excommunicati. Quarta, ut donec rapta est in potestate raptoris, invalidum sit matrimonium, ut etiam (ex Molina, i & alijs) sponsalia, si forte, etiam consentiente rapta, matrimonium, vel sponsalia celebrentur.

f. Trid. sess. 24. c. 6. de ref. mat. g. Less. l. 4. c. 3. n. 68. h. Azor. p. 3. l. 3. c. 15. i. Mob. Sanc. alisque, quos cit. sequiturque Bon. de matr. qu. 4. p. 18. num. 10.

10. Iuvat autem hic afferre verba Tridentini. l. Decernit sancta Synodus, inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta à raptoe separata, & in loco tuto & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat: & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium & favorem præbentes, sint ipso jure excommunicati, ac perpetuo infames, & si



& si Clerici fuerint, de proprio gradu decedant. Teneatur præterea raptor, mulierem raptam, five eam in uxorem duxerit, five non duxerit, decenter, arbitrio iudicis, dotare.

*I* *Trid. Sess. 24. c. 6. de ref. matr.*

11. Hactenus Concilium. Vbi noto primò, hoc decretum non habere locum in quocumque raptu, sed in aliquo dumtaxat. Quare si quis rapiat mulierem, causa libidinis, & non ad contrahendum cum illa matrimonium, non incurrit *m* prædictas Concilij poenas. Ratio est, quia Concilium his nil intendit præterea, nisi libertati matrimonij providere. Scio, Bonacinam *n* putare, decretum habere locum, etiam si sit ad solum finem libidinis, quod certè non est improbabile.

*m* *Less. l. c. n. 70. Sanc. li. 7. mat. d. 13. uu. 4. n* *Bonac. de matr. qu. 4. p. 28. nu. 2.*

Rursus non habet locum in eo raptu, cui mulier consensit, licet invitis parentibus. Ratio est eadem, quia scilicet matrimonij libertas, quo Concilium collimat in hoc decreto, non dependet à parentibus, sed solum à muliere.

12. Noto secundò, ad poenas incurrendas non esse *e* necesse, ut sequatur copula cum rapta; malitia enim raptus, saltem pro poenis, satis completur per abductionem cum prædicto fine.

*o* *Less. l. c. n. 66. Sanc. l. c. n. 9.*

13. Noto tertio, præter excommunicationem latae sententiæ, quæ non est reservata, *p* & præter impedimen-

tum dirimens matrimonium, imò & sponsalia, *q* quod non est poena, sed dispositio legis, cæteras poenas hujus decreti non incurri, nisi post sententiam iudicis, ut ex alibi dictis constat, *p* *Sanch. ib. num. 1. q* *Sanch. ib. num. 17.*

14. Noto quartò, licet abductio sponsæ, ipsa nolente, sit, quoad culpam, raptus, quia etiam sponsa debet liberè matrimonio de præsententi consentire, tamen quoad poenas, probabile *r* esse, ejusmodi raptum non includi in hoc decreto, quia non est abductio strictè injuriosa, eam sibi recipere, quæ sibi illegitimè promissa est.

*r* *Less. l. c. nu. 70. Hen. li. 10. c. 12. num. 5.*

15. Ex his plani fient hi duo casus, Ignorantibus parentibus quædam mulier consentiens abducta est: rursus ignorante Cæsare adolescente abducta est ab ejus amico quædam invitata puella, ut eidem Cæsari illa puella in matrimonium traderetur; commissusne est in utroque raptus, prædictis concilij poenis obnoxius?

Respondeo ad primum, esse commissum raptum, quoad culpam, ut dictum est nu. 2. Quoad poenas Concilij, non esse, *f* quia consentiente ipsa salvatur libertas matrimonij.

*f* *Sanc. ib. num. 9.*

16. Ad secundum; si neque per se, neque per alium Cæsar puellam rapuit, ipse raptor *t* non est, atque adeo poenas non incurrit: amicus etiam non incurrit, quia non est raptor pro suo matrimonio, de quo loquitur Tridentini decretum, quod cum sit odiosum,



sum, non est extendendum ultra verba. Unde vides, in hoc casu tum amicum hunc, tum adolescentem illum, pro quo rapta est mulier, valide posse matrimonium inire cum eadem muliere, etiam non separata. Quando vero per alium quis scienter rapit, verus raptor est, incurritque omnes decreti pœnas: ille tamen, qui ex raptoris jussu exequitur actionem rapiendi, tanquam fautor incurrit excommunicationem, & cœteras pœnas, cum interim valide possit inire matrimonium cum eadem muliere, quia invaliditas matrimonij solum infertur contra rapientem pro se, non contra rapientem pro altero, ut dictum est.

t Sanc. lib. 7. disp. 13. num. 2.

*Copulacum dormiente an sit raptus?*

17. Denique decernenda ea est quaestio, an copula cum femina dormiente, vel sensibus destituta, sit propriè raptus? Respondeo: si cum femina, quæ ante somnum consentit, non esse raptum, certum est, quia non est cum injuria, nec cum violentia contra parentes. At si cum femina, quæ non consentit, ajo primò, præter fornicationis, vel alterius speciei malitiam, adesse peccatum contra justitiam. Ajo secundò, non esse & propriè raptum, & consequenter nec raptus pœnis subiectum. Ratio prioris dicti est, quia tametsi ea copula non sit cum vi, certè est cum fraude, atque adeo cum malitia contra justitiam, ut §. 1. n. 2. innui, unde speciatim in confessione aperienda, ut modo num. 7. dictum

est. Ratio posterioris dicti est, quia, ut alia taceam, ad raptum propriè dictum, requiritur abductio de loco ad locum, ut ibidem notavimus.

u Pellix, in man. Reg. 10. 1. tr. 4. c. 3. sic. 4. num. 70. x inclinatur, sed non vult decernere Diana p. 9. tr. 8. res. 2.

## CAPUT SEPTIMUM,

*De peccato contra naturam.*

1. **I**N Methodo sic habes. a Quatuor sunt species, & quidem distinctè aperiendæ, b quia habent turpitudinem, si non physicè diversam, quia omnes prodigunt semen sine spe generationis, certè ex recta hominum æstimatione, diversam moraliter; Mollities, sodomia perfecta, sodomia imperfecta, bestialitas, ad quam reducitur congressus cum dæmone. De singulis aliquid breviter delibabimus.

a in Meth. conf. lib. 2. c. 7. §. 10. b Fill. tr. 30. c. 8. n. 142.

## §. I.

*Mollities.*

1. **E**St pollutio voluntaria, sine conjunctione corporum, seu, ut definit S. Thomas, c est peccatum contra naturam, per quod voluntaria pollutio procuratur, extra concubitum, causa explendæ delectationis veneræ.

c S. Tb. 2. 2. q. 52. art. 11. ibiq. Cajet.

Si quis tamen, dum se polluit, consentiat, vel cogitet morosè in aliquam

Cc 3

aliam



aliam speciem, v. g. in adulterium, incestum &c. contrahit eandem malitiam, quam cogitat, adeoque confitendam.

d *Fill. tr. 30. c. 8. no. 154.*

2. Inanimatum instrumentum, quo quis se polluat, non facit mutationem speciei, ut in Methodo lib. 2. cap. 1. §. 10. de medijs, quæ affluuntur ad peccandum, universaliter diximus. Dixi (inanimatum) nam si animato, ut si manibus alterius &c. fiat, jam nunc subdo.

3. Si quis se pollueret inter brachia, coxendices, os, &c. feminae, vel viri, cum id regulariter procedat ex affectu personæ, seu concubitus cum illa, est sine dubio specialiter explicandum; quia non est mera pollutio, sed copula inchoata. Non tamen credo, necessarium esse explicandas peculiare partes corporis (nisi sit affectus aliquis particularis, v. g. ad partes præposteras, ob sodomiam, unde & explicandum) materialiter enim se habent, e & illa major delectatio, quæ in una ex partibus quaritur, non transcendit speciem malitiæ, quæ est in alia.

e *Fill. ib. num. 155. v. supr. c. 5. §. 3. nam. 33.*

4. Petes: quando quis habet inchoatam prædictam copulam, necesse habet exprimere in confessione, se feminasse extra, vel intra vas? Respondedo, ita, quia extra dispergitur semen, et intra vas naturale feminae, non item. Quid in masculis, dicam mox §. 3. num. 3. & addam §. 4. num. 4. utilissimam praxim pro hac re.

5. Si quis se polluant manibus alterius viri, vel feminae, vel suis alium quis polluat, debet id explicare, pro-

pter cooperationem cum alterius peccato.

Imo si tra tuis manibus polluas uxoratum, vel Sacerdotem, &c. debes id explicare, quia cooperaris ad adulterium, vel sacrilegium, juxta ea, quæ dixi in Methodo lib. 1. c. 2. §. 17. de scandalo n. 100.

Quod si te suis manibus alius polluat, parum refert, g pro tuo peccato contra castitatem, quod ille fuerit vir, vel femina, vel sacerdos: tunc enim (si aliud non additur) se habent illæ manus, ut merum instrumentum: & solum adest cooperatio cum alterius te polluentis peccato, ut dictum est lib. 1. meth. Conf. §. 10. num. 69.

g *ex eod. Fill. ib.*

Nota illud (quod si te &c.) nam in editionibus præcedentibus erat (at si) quæ fuit fortasse occasio, cur Diana h putaverit, me hic sequi sententiam Llamas, sentientis, non opus esse, explicare in confessione, an manus te polluentis sint Sacerdotis, vel Laici, quam latè defendit i. Garamuel; cum tamen re vera non sequar, ut patebit naviter consideranti loca, ad quæ me refero in hoc nu. 5. & latius ego ostendi in disputatione de hac re, quam Romam misi, ut eam amici eidem Patri Dianæ de Theologia morali profecto benemerentissimo per amice communicarent. Dixi (ad quæ me refero in hoc nu. 5.) Nam, an ex Doctrina Thomæ Sanchez, quam tradidi in Methodo li. 2. c. 7. §. 5. n. 33. quamque nuper exscripsi c. 2. §. 1. n. 5. confirmari possit sententia Llamas, neque in Methodo censui, neque hic cenfeo disputandum.

la *Dian.*



In Dian. p. 9. tr. 9. ref. 65. à Caram. in Reg. S. Ben. n. 987.

De mollitie sacrilega dixi c. 2. §. 1. num. 4.

De mollitie virginis dixi c. 5. §. 1. n. 3.

De mollitie uxorati dixi c. 3. §. 1. n. 3.

De comedente calida, ut polluat in fomno, dixi in Methodo Confessionis lib. 2. c. 6. §. nu. 7.

De incipiente copulam & resiliente, semenque dispergente dixi c. 1. §. 1. num. 12.

Reddetur tibi manifestum, me nequaquam sententiam Llamas docuisse, si disputationem illam hic legeris. Ecce illam.

*Vindicatio Authoris.*

6. R. P. Diana a & ab illo novissime Illustr. Caramuel b ajunt, me in doctrina, quam trado lib. 2. Meth. Conf. c. 7. §. 10. nu. 66. quam modo exscripsi n. 5. sequi sententiam Hieronymi Llamas, c. iussu sanctæ Inquisition, Hispanicæ expunctam, qua docebat, eum, qui pollutus fuit alterius tactu, solum teneri explicare qualitatem suæ personæ, si ignoretur à Confessario, id est, si habet votum simplex, vel solenne virginitatis vel castitatis, non tamen teneri explicare complicitas, qui illum tetigit, qualitatem, nisi ipse etiam causa fuit, ut alter etiam pollueretur.

a Dianap. 9. tr. 8. nu. 65. b Caram. in Theol. fundam. Fundam 50. §. 7. numero MLXV. c Llamas 3. p. meth. c. 6.

Sed certè huic sententia nequaquam adhaereo, imò omnino contrariam semper professus sum, ut mea verba accurate consideranti palam fiet. Inge- nuè interim fateor, me alias solitum

pro viribus claritatem brevitati con- jungere, nunc demum nolentem in il- lud incidisse, dum brevis esse laboro, ob- scurus fio.

7. Porro id, quod ego doceo, patet primo ex verbis dicti nu. 66. hic nu. 5. quibus meam sententiam explico. *At si te (ajo) suis manibus alius polluat, pa- rum refert, pro tuo peccato contra casti- tatem, quod ille vir fuerit, vel femina, vel sacerdos; tunc enim (si aliud non ad- ditur) se habent illa manus, ut merum instrumentum, & solum adest coopera- tio cum alterius te polluentis peccato, &c.* Nota illud (si aliud non additur) clarè enim significo, me solum hic con- siderare peccatum polluti, secundum rationem solius pollutionis, seu sisten- do intra pollutionis limites, quæ con- sistit in sola seminatione extra concu- bitum; ideo enim dico, *parum refert pro tuo peccato contra castitatem*, intel- lige, directè (quid sit istud, directè, explicabitur mox in vers. Patet id ter- tio) & non dico, *pro tuo peccato*, abso- lutè. Quare si te polluat vir, vel fe- mina communis, quia nihil aliud no- vae speciei additur, ut hic supponimus (quo de tu vide mox nu. 19.) non af- fertur, ne comitanter quidem, novam speciem peccatum, sed intra eandem speciem duplex erit numero malitia; altera erit in tua pollutione, altera erit in tua cooperatione cum alterius pec- cato in eadem specie, contra castita- tem, sed in confessione, utraque ex- plicanda, ut docui initio eiusdè nu. 66. *ibi: si qui se polluant manibus alterius viri vel femina, &c. debent id explica- re, propter cooperationem cum alterius peccato*



peccato. At si te polluat Sacerdos v. g. quia tunc additur persona sacra, atque adeo additur cooperatio tua cum ipso sacrilegio, nova species (& non solum nova numero malitia) additur, extra limites castitatis, sed intra limites Religionis, certè explicanda in confessione: quod expressè dico in fine ejusdem nu. 66. dum in editione Panormitana remitto Lectorem ad superius dicta c. 1. §. 10. hujus libri secundi; Et in editione Romana ad superius item dicta de scandalo, c. 1. §. 17. ut mox clarius patebit. nam ea loca huc transcribam. Quæso te, Lector, qui doceret, furtum (si nihil aliud addatur) satis bene explicari, si rem alienam se contraxisset quispiam fateatur, erraretne in docendo? Non utique. Nam si addas, rem ablatam fuisse sacram, explicandum quidem id erit, at non ob rationem ipsius furti, contra virtutem justitiæ, intra limites furti, sed quia additur irreverentia rebus sacris contra virtutem Religionis. Non absimile quid est, si rem rectè perpendas, in casu nostro. Illa igitur particula (at si) posita in hoc n. 66. quæ forte causa fuit totius æquivocationis, non est adversativa, sed ponitur loco (quod si) non esse autem semper adversativam particulam (sed) quæ certè est eadem atque (at) notat Barbosa in varijs, dict. 360. n. 3. ex dec. consl. 386. n. 7. qui cum dixisset (sed) esse adversativum, limitat, quando esset diversa ratio, quia tunc (inquit) non reperit qualitates præcedentes, nec adversatur, retentis eisdem terminis, ut etiam notat Alex. Cened. &c. Hac Barbosa. Atqui in casu nostro est diversa ratio, ut ego no-

tanter signavi illis verbis (nisi aliud addatur) & illis (pro tuo peccato contra castitatem) ergo &c.

8. Patet id secundò ex ijs verbis, quibus in fine hujus numeri 66. hic nu. 5. in editione Panormitana remitto Lectorem ad superiora, sic: *Et solum adest cooperatio cum alterius te polluentis peccato, ut dictum est c. 1. §. 10. num. 4.* quod debui dicere num. 69. Et hunc Typographi errorem ego noto in correctione erratorum præfixa in dicta editione Panormitana hujus opusculi. Adeamus igitur locum illum, & videamus, quid ibi doceam. Huc reduco, si forte quis medium adhibeat, aliquem inducendo, ut ab ipso adjuvetur ad peccandum, v. g. ad occidendum (poteras tu intelligere, ad fornicandum, ad polluendum, &c) certè tunc id esse explicandum, tanquam *adirectam inductionem proximi ad peccatum, non est dubium, juxta ea, quæ infra dicentur §. 17. de scandalo.* Hac ibi. Quæso te, amice lector, si ego ibi dicto §. 10. capitis 1. doceo, esse explicandum medium, à quo adjuvor ad peccandum, & hic n. 66. c. 7. volo doctrinam hujus ejusdem n. 66. intelligi debere, juxta doctrinam dicti §. 10. quomodo affirmare potes, me in ea esse sententia, quod non sit explicandum medium, quo quis utitur, ad suam pollutionem?

9. Confirmo, quia eodem illo §. 10. n. 70. & 71. clare sic pronuncio. *Quid si multorum opera usus es, debesne explicare horum numerum, vel conditionem? Respondeo, satis esse, si dicatur in confuso, usus sum opera multorum, v. g. ad occidendum meum inimicum, sine ne-*  
ce sibi



*Aspicite numerandi personas, vel explicandi personarum condiciones. Excipe unum casum in conditione, & alterum in numero. In conditione, quando ratione actionis talis personae indueta, peccatum, ad quod inducis, differret specie, v. g. usus opera filij ad occidendum patrem, tum inimicum, duo specie peccata commisisisti, utraque confitenda, alterum est homicidium, alterum est parricidium, ad quod directe induxisti filium. In numero &c. Certè quemadmodum hic ego exemplum adhibui de homicidio, & parricidio, poterat & tu, lector, applicare pollutioni simplicij & sacrilegij, sic: Usus es opera Sacerdotis ad tuam pollutionem, duo specie peccata commisisisti, utraque confitenda, alterum est ipsa pollutio, alterum est sacrilegium, seu (si castigatius loqui volumus) unum peccatum cum duplici specie malitia, ad quod directe usus es opera Sacerdotis &c. Llamas docet, non teneri quempiam explicare complicitis, qui illum tetigit, qualitatem: ego doceo, debere explicari conditionem personae; non est ergo asserendum, me sentire cum Llamas.*

10. Patet id tertio ex eo loco, quem dicto 9. 10. n. 69. cito, (& citaveram in editione Romana dicto c. 7. n. 66. hic n. 5.) dum sic loquor. *Id esse explicandum, tamquam directam inductionem proximi ad peccatum, non est dubium, juxta ea, quae infra dicentur §. 7. de scandalo. oportebat autem dicere §. 17. de scandalo: quem etiam Typographi lapsus signate notavi in erratorum correctione huic opusculo Panormi edito praefixa. Iam lege id, quod de scandalo ibi assero, num. 100. Quando*

*quis directe intendit peccatum proximi, dicitur scandalum directum, & sine dubio per omnes Doctores id peccatum est specie diversum ab alijs, & debet specialiter in confessione palam fieri, debetque species peccati, ad quod inducitur proximus, explicari. Si quis ergo loquatur, v. g. turpia, ut socius incidat in eas turpitudines, oportet explicare, ad qua turpia inducere tentabat, ad adulteriumne, an ad stuprum, &c. Ratio est, quia tunc non solum peccatum talis scandali est contra charitatem debitam proximo, sed etiam contra virtutem oppositam. Eadem enim castitatis virtus, quae obligat me directe ad castitatem, in mea persona custodiendam, obligat indirecte, ne ex industria procurem, proximum a castitatis virtute deiscere. Haftenus ibi, Si igitur ego sentio, virtutem Religionis, quae obligat Sacerdotem, ne se polluat, eandem obligare, ne procuret pollutionem in alio, & insuper sentio, debere speciem peccati, ad quod inducitur proximus, explicari, atque ad hanc doctrinam (ne dicas, me illius fuisse oblitum) me remitto, quo modo enuntiabit quispiam, me docere, explicandam nequaquam esse speciem peccati, ad quam inducit pollutus Sacerdotem, dum utitur ad pollutionem ejus sacrilegis manibus, qui per sacrilegium, contra castitatem, seu per aliud vitium specie differens, ut contendit Delugo, d. illam in aliena persona procurat?*

*d. Delug. de penit. d. 26. sec. 4. n. 56.*

11. Patet id quarto, quia ego in margine dicti numeri 66. hic n. 5. de quo est controversia, cito Fillucium, qui citat Cajetanum. Et certe Diana,



cum alios sectatores doctrinæ expunctæ à sacris Hispaniæ Inquisitoribus nominasset, à Filliucio & Cajetano prorsus abstinuit; fortasse, quia vidit, magnam horum auctoritatem concuti difficulter posse, si contra ipsum stetit: sed magis puto, quia rectè advertit, hos tam eximios Doctores, opinionem Llamas non approbare, quamvis prope illam esse, primo aspectu, non multum cogitanti videatur. Cum igitur ego Filliucij doctrinam exscribere in eo numero profiterar, eumque nosanter citem, & verè nihil diversum dicam ab eo, quod ipse & Cajetanus docent, cur me sententiæ Llamas adherere, lector amice, contendis? Audi Filliucium e *Dico tertio, omnes mollietates esse ejusdem speciei: & mox, sive proprio, sive alieno adminiculo extrinseco, nulla est specifica diversitas: omnia enim hæc materialiter se habent, & per accidens, & semper est una ratio solum voluntaria seminationis procurata absque concubitu. Cajetanus 2. 2. q. 134. art. 11. ad secundum. Hæc Filliucius. Cajetanus vero eadem ferè habet verba. nam propterea non sunt hic repetenda. Solum noto, illud, omnes mollietates esse ejusdem speciei, & illud, & semper est una ratio, &c. Ex quibus apparet, solum esse locutionem de ipsissimo peccato mollietatis formaliter. Id quod magis explicavit Cajetanus ibidem, dum immediatè addit: *Et hæc intellige, loquendo de tali specie peccati secundum se, qui etiam innuit, cooperationem cum alterius peccato, si quando ea intercedit, mollietati addere graviolem culpam; Gravius ta-**

*men (inquit) peccatum cum alieno habet adminiculo sit, ratione societatis in peccato alterius. Quare si nos præter ipsam meram mollietatem, aliquid aliud addamus, alia est quæstio, quam hic clare Filliucius explicare neglexit, & Cajetanus solum insinuavit, quia cum Theologis loquebantur, quibus satis superque erat, innuere, disputationem esse de mollietate, sub formalitate mollietatis; nõ vero sub omnibus formalitatibus, quæ participari ab ea accidit. At ego magis id explicare volui, dum, ne erroris daretur ansa, adverti, dici, nisi aliud addatur; quasi dicerem, si aliud additur, ut si consideretur alia formalitas cooperationis, mirum non esse, quod superveniat nova peccati species, utique in confessione explicanda; nam propterea signatè addo, *Et solum adest cooperatio cum alterius et pollutentis peccato, ut dictum est cap. 1. §. 10. ubi, ut jam vidimus, expressè doceo, eam explanationem in confessione esse omnino faciendam.**

e *Filluc. tr. 46. c. 8. nu. 155.*

12. Patet id quinto, quia ego in hoc nu. 66. qui nostræ est cardo quæstionis, non remitto Lectorem ad §. 5. hujus cap. 7. li. 2. Method. Confess. ex cuius doctrina colligi posset sententiæ Llamas, sed ad §. 10. & §. 17. cap. 1. ejusdem libri secundi, in quibus, ut jam vidimus, sententiæ Llamas adversantur. Explico clarius. In dicto §. 5. nu. 32. in editione Romana num. 33. sic rescriptum invenies. *Sed jam existitur alia difficultas, an qui habens verum castitatis, est causa inducens alium ad turpiter peccandum, debeat suum tale verum*



le votum explicare? v. g. Petrus Sacerdos consilium dar, vel inducit Paulum & Antoniam nullo voto astrictos, ad illorum congressum, debetne Sacerdos ille, cum eam inductionem fatetur, explicare, se esse Sacerdotem? Respondeo, non debere. Ratio est, quia votum non videtur se extendere, nisi ad obligandum voventem, ne ipse in sua persona delectationes venereas admittat, non vero, ne alios ad easdem inducat; propriam enim suamque castitatem promissit, non alienam. Hæc ibi; porro, ex hac ratione, quam legimus apud Sanchez, f. colligere quis poterat (ut rectè expendit De lugo, g. contra ipsum Sanchez, quasi sibi aliud h. alibi dicenti contrarius fuerit) Sacerdotem polluentem, seu suis manibus adjuvantem ad pollutionem alium, non peccare contra suum votum, unde nec pollutum cooperantem ipsi cooperari ad peccatum contra votum, atque aded non obligari, ad id explicandum. At ego, ne quis putaret, me hanc consequentiam amplecti, nolui lectorem ad hunc numerum 32. §. 5. remittere, sed remisi ad dictum §. 10. nu. 69. & §. 17. num. 100. ubi expressè approbo illud principium. *Eandem virtutem* (quæ in casu nostro est virtus Religionis) obligare fideles, nec in se admittere, nec in alio provocare actus ipsi contrarios, &c. ex quo explicandam esse in confessione conditionem personæ, ut jam vidimus, colligitur.

f. Sanc. l. 5. in dec. nu. 10. g. De lugo de pen. d. 16. sect. 4. nu. 152. h. Sanc. l. 1. 46. n. 3. & 8.

13. Dices: at ex doctrina illa, quæ

ex Sanchez affertur, dicto §. 5. num. 32. fieret, probabilis sententia Llamas, ut videtur deduxisse Caramuel in Theologia Regulari, num. 989. & iterum in Theologia fundamentali, fund. 50. §. 7. num. M L X V. Respondeo, hanc esse questionem, de qua ego, nec tunc censui, neque in præsentia puto disputandum, modo stet, me docuisse, ac docere, in praxi cooperationem illam, ut nimis sæpè dictum est, specialiter esse confitentiam: illud tamen, ne quis allasam doctrinam Sanchez, ad sententiam Llamas tuendam, sine nova consideratione adducat, ad verto, non statim atque in Doctoribus principium aliquod universale legimus, unde aliqua consequentia deduci possit, licere nobis, illam ad praxim referre; si enim illam non retulerunt Doctores, aliquid foras latens inspererunt in casu particulari, unde referenda saltem practicè non esset. Ita ergo in casu nostro. Id in simili, quando in pluribus casibus particularibus aliquid admittunt Doctores, non statim esse pro praxi formandam doctrinam universalem pro alijs casibus, quos ipsi non deduxerunt, quia aliud quid foras illis occurrebat in contrarium, prudenter monet sapientissimus De Lugo. i

i De just. & iure to. 1. id. 16. sect. 5. n. 106.

14. Ex his vides primò, illa duo principia, Ad eandem virtutem pertinet, non inducere aliud ad actus contrarios; & Vovens castitatem, solum illam vovet in se, non in alio, esse quidè minus inter se coherentia, sed quia

D d 2

utraque



potuisse à nobis utraque excipi. At ex consequentijs, quæ ab illis colliguntur, & pertinent ad præsentem casum, alteram, id est, quæ deducitur ex priore principio, recepimus, ut in praxi admittendam; de altera, quæ ex posteriore deduci posset, nec disputare, nec de eadem aliquid, sine magna consideratione, & Doctorum auctoritate, decernere volumus; lege nihilominus numer. 21. mox ponendum.

15. Vides secundò, non esse duas propositiones, ut aliquis putavit, alteram affirmativam, alteram negativam, ex adverso positas, eas, quas ego doceo d. n. 66. hic nu. 5. Quasi dicam, dum quis polluit Sacerdotem, debet explicare votum polluti: at, dum quis Sacerdos polluit laicum, hic laicus explicare non debet votum polluentis; non id ego doceo, sed illas duas propositiones, ut diversas & disparatas affero, & quoad explicandam in confessione qualitatem voti, utrasque affirmativas. Et in prima quidem dico, explicari debere sacerdotium, seu votum, quia pollutio, ad quam ille, quicumque sit, cooperatur, est sacrilega quasi intrinsecè, quia est pollutio hominis sacri. At in secunda, dico, laicum propter suam pollutionem factis se explicare, si illam solam fateatur, quantum est ex vi ipsius intrinsecæ pollutionis, quæ sacrilega non est; sed non propterea tollitur, quod debeat fateri extrinsecam cooperationem cum polluentis sacrilegio. Differunt autem maximè hæc duo peccata; aliquis polluit Sacerdotem, aliquis Sacerdos pol-

luit laicum. In priore est pollutio sacrilega, ut dictum est veluti intrinsecè; in posteriore, solum extrinsecè, ex cooperatione cum extrinsecò pollente; tamen etiam hæc posterior pollutio aperienda est in confessione, certè sola, si fiteremur in ipsa, quoad ea, quæ involuit intrinsecè, sed, quia nunc aliud additur extrinsecum, id est, cooperatio cum alieno sacrilegio, idè & hoc etiam aperiendum. Hoc discrimen formale inter hæc duo peccata ego sapientibus ostendere volui in d. nu. 66. hic nu. 5. & nil præterea, quod prius ostenderat Fill. & Cajet.

16. Vides tertio discrimen inter tres sententias, Llamas, Caramuelis, Tamburini (sic loquamur in tertia persona, claritatis ac distinctionis ergo) dum ij omnes expendunt, an laicus pollutus à Sacerdotis manibus, debeat fateri votum castitatis Sacerdotis polluentis? Primus absolutè negat, secundus distinguit, tertius affirmat absolutè.

*Opinio Llamas.*

17. Nam Llamas absolutè docet, eum, qui pollutus fuit alterius tactu, solum teneri explicare qualitatem suæ personæ, non vero qualitatem, nempe votum complicis, qui illum tangit.

*Opinio Caramuel.*

18. Caramuel distinguens ait, Sacerdotem polluentem duplici modo utraque probabilia, videri possunt, potuisse



habere se posse; primò, ut dum alium tangit, admittat (ut communiter solet contingere) in se delectationem veneream, seu certè sit in periculo illam admittendi: secundò, ut in se non admittat eiusmodi delectationem, nec tali subfit periculo, id quod sanè rarissimum est, & forte metaphysicum, posset nihilominus, ait, evenire in fœmina multum effœta, etiam sine illo periculo, propter experientiam, quam fortè habet suæ stupiditatis. Hac distinctione posita, docet, in priore casu pollutum laicum debere fateri votum Sacerdotis polluentis, quia pollutus, dum se illi tangendum tradit, vel permittit, cooperatur cum ipso Sacerdote, ad admittendam illam sensualem delectationem, quod est cooperari cum frangente votum castitatis. Et quia Llamas, absolutè negans, videtur hunc casum comprehendere, idèo ejus doctrina deleta merito fuit. In posteriore autem casu, pollutus ille laicus (inquit) non obligatur, Sacerdotis votum explicare, quia tunc pollutus non cooperaretur cum frangente castitatis votum: si enim, in hoc rarissimo casu, sacerdos nullam in se admittit delectationem, nec admittendi periculo se exponit, non peccat contra castitatem, quam vovit, ergo nec pollutus cooperatur cum peccante contra votum castitatis. Ad quid igitur illius votum patefacere debeat?

*Opinio Tamburini.*

19. Tamburinus absolutè affirmat, semper scilicet votum esse aperiendum; in priore quidem casu, ob ra-

tionem ab ipso Caramuele jam allatam: imo videant Doctores, an ex eadem ratione fiat, ut sæpissimè, ne dicam, communiter, debeat explicari, quisnam te v. g. adolescentulum polluat, fœminane, an vir? nam hoc tactu facile ij concipient affectum ad tuum concubitum, vel certè subdentur periculo concipiendi, & sic aderunt duæ malitiæ; alter enim erit affectus, & consequenter tactus sodomiticus ex intentione tui concubitus; alter erit ipsa cooperatio ad tuam pollutionem; & hæc etiam à Tamburino innuntur in illo nu. 66. hic nu. 5. dum dixit, *nisi aliud addatur.*

In posteriore item, ex eo capite erit votum explicandum, quia Sacerdos, in illo etiam rarissimo casu suæ stupiditatis, peccat contra castitatem; cum enim ipse absolutè castitatem voverit, & castitatis virtus non solum præcipiat, ut in sua persona quis non admittat sensuales motus, sed etiam, ne ex industria illas positivè, & suo eodem corpore procuret in alio, is Sacerdos votum frangit, & consequenter pollutus laicus, non quidem intrinsecè propter suam pollutionem, sed extrinsecè, propter sacrilegium polluentis, ad quod pollutus cooperatur, dando suum corpus, sacrilegus erit, & ut talem se in confessione manifestare debet. Addit tamen Tamburinus, hanc doctrinam colligi ex illo priore principio, dicto nu. 14. An vero doctrina Caramuelis possit deduci ex posteriore principio ibidem posito, se nolle sine accurata consideratione decernere.

20. Dixit Caramuel: qui vovit audire Missam, & is cui præcipitur die dominico



minico eidem interesse; qui ex præcepto recitare tenetur horas, &c. si audiat Missam, recitato Officio, alium deijceret ab audiendo Sacro, vel officio recitando, peccaret quidem, sed non contra votum, vel præceptum; quia ipse jam servavit pro se: pro alio autem, nec voluit, nec vovit, nec præceptum habuit: ergo pari modo in nostro sacerdote.

21. Respondeo: me certè hæc discernere nolle, jam sæpius dixi: tamen, ut lectoris curiositati indulgeam, ajo, adesse disparitatem. Nam qui vovit Missam audire, solum audire vovit, non facere audire, nec non impedire alium volentem audire: pari modo præceptum se habet; vota enim hæc, & ejusmodi præcepta sunt de uno illo actu proprio, non verò de te ad alium pertinente. Non ita in vovente totam virtutem castitatis in tota sua latitudine, quale est votum, quod fieri solet in hac materia, ex communi voventium more, qui certè, dum vovent castitatem, illud vovent, saltem sine dubio, ut suo corpore non admittant, nec eodem suo corpore positive adjuvent alium ad illicita. Interroga Religiosos omnes, id statim confirmabunt. Cum ergo ex alia parte ad eandem virtutem adæquate sumptam pertineat, alios ab illa positive non divertere, præsertim suo positivo & immediato auxilio, idè non obscura apparet disparitas inter casum nostrum & instantiam Caramuelis.

22. Dixi autem (in castitatis voto, saltem &c.) ut abstraherem, an eodem modo se habeat vovens absolute

paupertatem, obedientiam, similesque virtutes. Neque enim, sicut aliquis, peccabo contra votum paupertatis, si, dum ego nihil profus usurpo, sum causa, ut tu contra tuum votum pecuniam usurpes; esto, peccem contra caritatem, inducendo te ad ad peccatum; & sic de similibus. Ego enim (ut ab his abstraherem) in castitatis voto invenio, saltem pro modo, hoc præcipuum, eam voventes, omnia ad castitatem, sive directè, sive indirectè pertinentia, saltem suo corpore non adjuvando, vovere implicite; & fortasse, dum angelicam, id est, omnimodam castitatem vovent, etiam explicite. Disparitatem hanc attulli, ceterum adhuc repeto, me velle rem accuratiorè scrutina perfitare.

23. Hæc ad defensionem meam sint disputata satis: quæ sanè introspectit Reverendiss. Magister sacri Palatii, dùm Romæ Opusculum illud meum per diligentem bis, in duplici Editione ibidem data, legit, examinavit, approbavit, non approbaturus (puto) si sententiam Llamas, ab Hispanica Inquisitione deletam à me doceri notavisset.

## §. II.

### Additio.

1. **T**riplex solet distingui pollutio: prima, quæ voluntariè fit, homine consentiente, quæque propriè vocatur mollities: secunda, nocturna, quæ accidit in somno: tertia, diurna, quæ accidit in vigilia,



Vigilia, sine consensu polluti. De singulis aliqua separatim.

*Pollutio vigilantis voluntaria.*

2. De pollutione vigilantis voluntaria in se (nam in causa, diximus superius, h & aliquid mox à num. 12. tangemus.) Nota primò, contactum, motumque impudicum virilium in pueris (idem in puellis) qui non possunt per ætatem seminare, esse peccatum mortale; est enim ex se pravus affectus ad pollutionem: non dubito autem, hanc i differre specie à vera pollutione, per quam seminatur; hæc enim tandem reducitur ad tactum impudicum, illa est dispersio seminis contra generationem. Hinc ergo fit, ut in confessione debeat speciatim explicari, nisi obstat regula universalis, mox afferenda §. 4. n. 4.

h *sup. c. 3. §. 5. à nu. 48. i Graff. li. 2. a. 88. nu. 3. & seqq.*

3. Nota secundo, an Confessarius debeat negare absolutionem juveni sæpius se polluenti? Respondeo, esse distinguendum; si enim ex occasione, v. g. aspectus, vel colloctionis scemina, ejusmodi frequentia accidat, debet prius Confessarius præcipere, ut adolescentens tollat occasionem, modo alibi satis l à nobis dicto; at si frequentia accidat ex nulla extrinseca ejusmodi occasione, tunc poterit majori facilitate absolvere, vel differre absolutionem, juxta consueta remedia contra recidivos, ut ibidem m à nobis dictum est.

l *in Meth. Conf. lib. 3. c. 3. l. item Sen. de marr. q. 2. p. 14. n. 14. in ibid.*

4. Nota tertio, quid dicendum, quando semen est corruptum, ita ut venenosas affectiones pariat in patiente, licebitne pollutio? hoc est, licebitne illud semen expellere per medicamenta directè tendentia ad illud expellendum, vel etiam in mulieribus per confricationes partium verendarum, & per intromissionem digitorum usque ad os uteri, illud provocare?

Respondeo, si semen peccet in quantitate, non licere, certum est: quia tunc est verum semen, quod nullo modo potest consulto effundi, nec potest n medicamentis, quæ nullum alium effectum habeant, nisi semen expellere, ejus effusio procurari. At si peccet in qualitate, certo, ex Medicorum relatione, vel saltem probabiliter (nam sequi quisque potest id, quod probabile est) licere, docet Sanchez. *nn* Quæ doctrina adeo visa est aliquibus improbabilis, ut fuerit deleta in editione Lugdunensi anni 1621. Illam tamen exscribit, & expendit novissimè Tancredi o contra Texedam.

n *Tur. apud Dian. p. 4. t. 4. ref. 159. nn Sanc. li. 6. de matr. d. 17. nu. 19 in Editione Veneta. o Tancred. lib. 9. de matr. d. 17. quæres 3.*

5. Et quidem multi multa congerunt; verum si Sanchez doctrina fuisset ad ejus sensum intellecta, tot rixæ, & quæstiones de ejus veritate non fuissent subortæ. Si enim eum intelligas, quasi dicat, licitè mulierem vel virum semè provocare posse, ne hodie, cras, perendie passura sit illas venenosas affectiones ex semine retento proveniēdas, male illū intelligis, quia id nunquam



nunquam, sed semper ejus oppositum docuit; cum enim nunc illud semen corruptum non supponatur, non est, unde possit expelli, vel unde possit dici de eo statuere Sanchez, qui solum statuit de corrupto. Si vero eum intelligas, quasi dicat, dum actu semen illud est corruptum, & dum actu generat symptomata furiosa, ita ut actu patiens sit veluti extra sensum, tunc licet posse provocari medicamentis & confricationibus ab experto Medico exhibitis, ut venenosum illud corruptum semen expellatur, recte eum intelligis; nam hunc solum casum concedit Sanchez, non alium. Audi ejus verba; cur ergo non licebit, illam pravam qualitatem, in quam semen transit, expellere, licet per accidens sequatur pollutio, eo vel maxime, quod in hoc casu procul abest quod vis consensus periculum, ac delectationis, quoniam scemina symptoma illud patiens est tunc temporis sensus ac mentis impositus: hæc disertè Sanchez.

*p. Sanc. l. c.*

6. Notas, semper supponi debere, ut concessio sit licita, patientem sensibus carere? notas illud? (pravam qualitatem, in quam semen transit) Notas illud? (tunc temporis,) assero igitur, distinctione omnino opus esse. Nam aliud est, si loquamur de medicamentis, aliud, si de tactibus & confricationibus. Quam vis enim in patiente habitualiter ejusmodi morbum licetè possint (ut concedit ibidem Tancredi) adhiberi medicamenta directe provocantia prædictum semen, etiam ante illa actualia symptomata, quia

medicamenta remotè semen provocant, & sine tanto periculo eligendi ejusmodi delectationes; tamen confricationibus & tactibus partium verendarum nunquam potest. Ratio discriminis mox n. 8. afferetur; posse autem confricationibus, in uno tantum casu, docet Sanchez, quando nimirum ita actu symptomata insurgunt, ut ea patiens sine sensu sit, quod certè rarissimum erit, & cujus ratio eodem n. 8. clarior apparebit.

7. Urges. Fac, illud semen corruptum non fuisse expulsum, & symptomata illa per aliquod tempus (ut accidere solet) cessare, vel illud semen non efficere tantam turbationem in patiente, ut sensus & mens abripiatur, id quod etiam sæpe usu venire solet, jam remanebit illud semen corruptum, atque adeo illa lues in corpore; ergo poterit provocari, etiam non posita alienatione mentis.

8. Respondeo; id quod ego hæcenus dixi, est, Sanchez de solo illo casu, præsentè alienatione sensuum, loquutum esse, caterum in hoc casu, quem nunc urges, sic distinctè responderi, puto, posset; licet expellere medicamentis, non verò confricationibus & tactibus verendorum. Ratio est, quia medicamenta, quæ per totum corpus permeant, per se expellere intendunt semen corruptum, (si tamen semen sit appellandum, & non potius lues, & venenum) esto, per accidens provocet verum semen: at tactus verendorum, nempe instrumentorum, quæ ad semen provocandum à natura sunt instituta, per se tendunt ad verum semen



men expellendum, ( quod expellere extra matrimonium nunquam licet ) per accidens ad corruptum.

Solum autem, quando actu sunt illa symptomata, potest per confricationes expelli, si tamen certo supponatur, semen illud non esse verum semen, sed tamen corruptum, & propterea actu causer illa symptomata, & supponatur esse in motu, atque adeo descendisse in partes verendas, & sic non provocari à tactibus verum semen, sed expelli pravum humorem. ( Notas, quot condiciones requiruntur? ) Ratio est, quia tunc eo modo, quo expelli potest qualitas gignens prurimum, in sententia ejusdem Sanchez, & ea ratione, qua emundari possent sordes, quæ fortè sint lavandæ in iisdem partibus, esto, per accidens occurrat effusio veri seminis, sed sine consensus periculo, ut semper supponimus: sic posset in casu, de quo loquimur, quia semen corruptum, ut sæpe diximus, non est amplius semen, sed humor pejor pruriginis, & pejor fordibus verenda insipientibus.

9. Sed hæc satis; nam ultimam sententiam Lector sapientior proferat. nos occasione seminis corrupti quemdam casum de semine infecto proponamus.

Mulier copulam habens cum marito, morbo gallico laboranti, prætextu seminis eadem morbida qualitate affecti, eijciebat illud immediatè post copulam, quæsiuitque deinde, an sine ipsa id efficere potuerit?

Respondi, non potuisse. q. Licet enim matrix ex naturali sympathia se-

men ad se attrahat, retineatque non parum; generationi tamen nocet, ( ut experientia testatur ) directa illa seminis intromissi, quamvis partialis effusio: adde, sic procurari positivè impedimentum conceptionis incæptæ, quod nunquam licet. Hæc ergo mulier denegat debitum marito; si denegare velit, quod in eo casu posse, quamvis non obligari, diximus in superioribus. r. Verum posito, quod reddat, quo jure illud, quod verum est semen & prolificum, prodigere potest?

q. Sanchez, li. 9. matr. c. 20. num. 3. quidquid dicat Angel. verbo. Debitum. r. sup. c. 3. §. 5. n. 24.

10. Denique ad pollutionem voluntariam, de qua agimus, pertinet novus casus, qui nudius tertius mihi propositus fuit. Se quidam polluebat, cogitatione fixa in pulchram statuam marmoream affabrè sculptam in communi platea existentem, ac nescio quam Nympham representantem: an satis sit huic, in confessione dicere, me toties pollui, cogitando de femina? sufficere, aliquot ex nostris Theologis putarunt, quia, si aliud non addatur, totus denique affectus est ad personam mulieris representatam.

Quid? quod eam de nocte amplectendo (proh hominum infelicem conditionem!) atque illicitam cum illa statua copulam tentando, se polluebat? quæsitum ergo iterum fuit, an satis sit huic, in confessione dicere, me pollui, amplexando mulierem, extra vas naturale, & cum affectu ad illam?

Respondi, non fuisse satis, quia sic

E.e

pana-



pœnitens mendacium protulisset, & quidem, ut patet, in re graviter pertinente ad confessionem. Si enim illud de statua tacuisset, non explicasset peccatum quod commisit: dicendo enim, se polluisse cum muliere, ex affectu ad illam, significasset, se polluisse cum vera femina, quod certè non fuit. Dicit igitur, se id fecisse cum statua, vel tu Lector cogita, an sufficiat, magis in communi, sic, cum instrumento inanimato me pollui; addendo semper, se cogitasse, seu intendisse in feminam.

Instas: copula cum femina mortua, vel cum statua, est mera mollities, ergo non est, cur debeat addi cogitatio de femina. Respondeo, antecedens esse verum: non enim ea copula est fornicatio, ut putare aliquis posset, quia fornicatio est cum femina; at quæ mortua est, femina non est. Nec est bestialitas, ut dixit Pellizarius, quia hæc pari modo est cum bruto, quod si mortuum est, non est brutum, est ergo pollutio malitiam molitiei continens, exhibita cum inanimato instrumento, ut fusè probat, me citato, solertissimus Diana. Concedo igitur antecedens; sed neganda prorsus est consequentia: siquidem nuper §. 1. n. 1. dictum est, eum, qui se polluit cum affectu, seu cogitatione ad objectum aliquod, illud explicare debere.

¶ Pell. apud Dian. mox cit. t. Dian. p. 9. tr. 9. ref.

*Pollutio nocturna.*

11. Duo hæc vel nota, vel alibi in sinuata recole.

Primò: dupliciter hæc nocturna pollutio esse potest voluntaria in vigilia, atque adeo peccatum, antecedenter & consequenter. Nam cæterum, ut est in somno, peccaminosa non est, sed actio seu passio naturalis. Antecedenter erit peccaminosa in tribus casibus, primò, quando quis eam deliberatè desiderat, ob delectationem carnalem. Si enim desideretur ob bonum aliquem finem, ut ad sedandas tentationes carnis, vel ad levandam naturam, non esset ꝑ peccatum; nisi quando tale desiderium esset tantum, ut notabiliter influeret in pollutionem, quod certè, ut plurimum, non solet contingere.

¶ Nav. c. 16. n. 7. alijq. apud Vasquez, quos ipse sequitur p. 2. d. 113. c. 3. Tol. lib. 5. c. 13.

12. Secundò: quando quis illam procurat, aut comedendo res calidas in eum finem, aut tali modo cubando in lecto, ut inde sequatur pollutio. Nam licet possit pollutio desiderari ob bonum finem, non tamen potest procurari: sicuti etiam potest desiderari hominis improbi mors, ob bonum finem, non tamen procurari. Unde etiam colligitur, cur non liceat desiderare, etiam ob bonum finem, pollutionem, quando tale desiderium esset causa influens notabiliter in illam, ut modo dictum est, quia tunc non simpliciter desideraretur, sed etiam procuraretur. Dixi (in eum finem &c.) nam si comedat quis res calidas, vel recubet tali modo, ob aliquam aliam commoditatem, quam vis advertat, consequuturam inde pollutionem, dummodo eam directè non intendat, nec fit



nec sit periculum consensus, non peccat; t̄ saltem mortaliter, quia, ut superius t̄ vidimus, hæc non sunt causæ notabiliter influentes in pollutionem.

t̄ *Sotus in 4. dist. 12. q. 1. art. 7. Tol. lib. 5. c. 13. vers. adhuc non est satis. t̄ sup. 3. §. 5. à n. 46.*

13. Tertiò; si quis pari modo, cum debeat, non removeat causam futuræ pollutionis, peccat mortaliter, si ea causæ est notabiliter influens in illam, in genere luxuriæ: venialiter, si notabiliter non influit, quando in utroque casu ea prævidetur, licet non intendatur: prævidetur, inquam, probabiliter, nec solum in dubio; siquidem non tenemur adeo esse solliciti, ut etiam dubium nos amoveat à causis involuntariæ pollutionis.

14. Dixi (cum debeat) quia si non tenetur, huiusmodi causam remove- re, vel quia causæ est bona, ut studium frequens, seu cogitatio rerum turpium ad docendum, confessionis auditio, locutio honesta cum muliere &c. vel quia talis causæ non est mala, & alioquin ejus omisio non est comoda, ut v. g. omittere tales cibos, talem accubitus in lecto &c. tunc neque etiam peccamus, x non auferendo huiusmodi causas. Cum enim causæ sit bona, vel non mala, non tenemur ad illam auferendam propter hos effectus, qui naturaliter sequuntur, ut nuper diximus, a quæ fuerunt hic claritatis gratia breviter repetenda.

y *Tol. ibid. Nav. ib. Sotus in 4. dist. 12. q. 1. ar. 7. lo. Sanc. d. 21. nu. 12. a sup. c. 3. §. 5. à n. 48.*

15. Atque hæc antecedenter; consequenter autem peccaret quis mortaliter, si post somnum, sub quo secuta est pollutio, deliberatè sibi in ea com- placeret, ob delectationem sensualem; nam si gauderet ob sedatam tentationem, vel ob naturam deoneratam, non esse peccatum, colligitur ex modo dictis.

16. Quando autem motus carnis, seu spirituum inservientium generationi, & ipsa decisio seminis, accidit in somno, sed emissio in vigilia, non est peccatum, saltem mortale; tum quia non adest plenum voluntarium, requisitum ad mortale; accidit enim emissio in illo confinio somni & vigiliæ, quando imperfecta est deliberatio, tum quia difficile est, cohibere, ne decisum jam semen ex lumbis non emittatur foras; tum denique quia pollutio magis secundum principium, quàm secundum finem judicanda est: principium autem fuit satis involuntarium, cum fuerit in somno.

17. Quod si partim emissio seminis fit in somno, partim in vigilia, multo minus habebit rationem peccati, posita voluntate in illam non consentiente, ut semper supponimus.

Ex dictis colligit Sanchez b ex Sà, in eo, qui è somno excutitur, non esse obligationem reprimentis emissionem seminis ejus pollutionis, quæ in somno capit, & idem propter paritatem rationis diceretur de simili seminis emissionem pollutionis, quæ involuntariè in vigilia accidit. Placet doctrina, ne scrupulis omnia pateant.

b *Sanc. l. c. mox cit.*

18. Sed unum à me nuper interrogavit

E c 2

gavit



gavit quidam probata conscientia sacerdos, cui quamvis utcumque respondi, mihi ipsi tamen ( fateor ) non satisfeci. Experiebatur is levissimi somni vir, statim se, concepta pollutione, evigilare perfectissimè, atque effusionis continuationem clarè percipere; quamvis autem illi delectationi nullo modo ipse consensum præberet, sciretque, se non obligari ad reprimendum, ac posse fluxionem humoris permittere, tamen aliud illi contingebat, quod scrupuli causa erat molestissimè; experiebatur enim à motu quodam quasi interiore ipsorum genitalium sub finem pollutionis expelli à se activè non modicam seminis quantitatem; perinde ( narrabat ) ac evenit ei, qui urinam emittit; solet enim is in fine mingendi motu expulsivo aliquas urinæ guttas, quæ remanent, expellere: addebat, se voluisse cum alio sacerdote id conferre, qui factus est, sibi idem non raro evenisse: sed se à peccato excusasse, quia semivigilans illum expulsionis motum exhibebat. Interrogabat ergo à me, an ipse, qui perfectè vigilantem se dignoscebat, posset motu prædicto effluxionem adjuvare, ad abstergenda, ut ipse loquebatur, seu deoneranda virilia? præsertim, ne decisum semen ibidem fortè remanens suæ sanitati noceret, & denique, quia valdè sibi difficile animadvertebat, illum motum non usurpare.

19. Equidem prius volui non paucos Authores evoluere, quàm responderem: cum autem nihil signate ad rem invenissem, dixi, me videre quidem, quanta difficultas sit in polluto perfectè vigilantem pollutionem effu-

sionemque jam incæptam non perficere; verum cum in Doctoribus solum legerim, licentiam non reprimendi, non coercendi, non prohibendi, licentiam verò activè adjuvandi, seu cooperandi disertis verbis eisdem negare, ut perspicuè facit Sanchez, me favore illi non posse. Sententia benignior, quam hac in re tum dictus Sanchez, b. tum alij amplectuntur sic à Marchino c. refertur: dum sentitur, ait, humor seminalis effluere in membris genitalibus, non teneris coercere, vel magna cum violentia prohibere, ne fluat: sic pluribus Gerson. Ratio est, quia vel ille conatus, quem multi consulunt, nihil operatur; vel retento contra impetum naturæ semine supra modum gravatur corpus, & multis subijcitur infirmitatibus: ex alia parte illa seminatio est actus exterior, & effectus naturalis, ortus absque meâ voluntate: at actus exterior sine interiore, nunquam est peccatum. Hac ille. Notas illa verba ( non teneris coercere, prohibere &c. ) nunquam lego ( potes adjuvare, expellere &c. ) Te tamen, addidi, bene morate Sacerdos, oro, ut animadvertis, an saltem te excusare possis ex eo capite; quia notant communiter Doctores, delectationem peccati luxuriæ mentem hominis miris modis obfuscare, & illam in eo momento effusionis seminis, quasi bestijs similem reddere: si ergo tu, partim ex somni reliquijs, partim ex delectatione, quam sentis, tui perfectè compos non es, peccati saltem mortiferi reus non eris. Verum ille adhuc testabatur, se perfectissimè vigilare, se non esse scrupulosum, se non esse aliàs indoctum.



indoctum, ut vigiliam perfectam à semivigilia non discerneret, & ideo non ex alijs adjunctis, sed ex ipso obiecto, & prædicta nimirum expulsiōne, casum decerni modestè postulare. Hæc cum illo sacerdote habui; cæterum rem expende, ingeniose Lector, & decerne.

b *Sanch. de mat. li. 9. d. 17. n. 16. c. Marc. de ordine. tr. 3. p. 3. c. 2. n. 6.*

*Pollutio vigilantis involuntaria.*

20. Hæc, ut etiam distillatio & commotio spirituum generationi inservientium, quoad solutos (nam quoad conjugatos, diximus *d a libi*) tunc solum sunt in se mortales, quando adest deliberata complacentia in illis, ob corpoream voluptatem, non vero ob aliquem bonum finem, ut in simili dictum est nu. 15. In causa vero, ut quandonam sint mortales, cognoscas, breviter repeto, quæ superius *e* satis fusè sunt explicata.

d *sup. c. 3. §. 5. à num. 46. a sup. ibid.*

21. Pollutio, distillatio, commotio potest primò in vigilante oriri ex causis non peccaminosis, quando nimirum oriuntur ex complexione particulari, vel quando ex infirmitate, ut in ijs, qui patiuntur fluxum seminis, & qui facillimè, levi quacumque occasione distillationem seu carnis commotionem sentiunt; vel quando ex causis extrinsecis bonis, vel ex se non malis, ut lectio, vel auditione turpium, ad scientiam comparandam, equitatu, contactu, & cæteris hujusmo-

di, quando hæc sunt necessaria, vel utilia, vel commoda. In his omnibus si voluntas deliberatè non consentiat, non est culpa, quia hi sunt actus naturales, imo si quis patienter hos ferat, materiam *ee* habet magni meriti, propter humilitatem.

*ee Tol. l. c.*

22. Potest secundo eadem pollutio, distillatio, commotio in vigilante oriri ex causa mortali in genere luxuriæ, & tunc eam causam ponere, affert novum peccatum mortale pollutionis, distillationis &c.

23. Potest tertio ex causa veniali, & tunc affert novum veniale, &c. quæ satis abunde dicta superius *f* sunt. *f sup. c. 3. §. 5. à n. 46.*

§. III.

*Sodomia perfecta.*

1. **I**N Methodo sic *a* habes: Sodomia, & quidem perfecta, est concubitus *b* ad sexum non debitum, ut vir cum viro, femina cum femina; nam concubitus viri cum femina in vase præpostero, est sodomia imperfecta, de qua mox. Concubitus autem est copula carnalis consummata; naturalis, si fit in vase debito; unnaturalis, si fit in loco, seu vase non debito.

*a in Meth. Conf. li. 2. c. 7. §. 10. nu. 67. b S. Th. 2. 2. qu. 52. art. 11. ibid. Cajet.*

2. Sed hic est quæstio, quandonam mutua procuratio pollutionis inter mares, vel inter feminas debeat dici mollities, quando Sodomia?

**Ee 3**

**Respon-**



Respondeo, quando *c* ex affectu ad personam adest concubitus, si sit inter indebitum sexum, hoc est, inter virum & virum, feminam & feminam, tunc est sodomia: quando vero est mutua pollutio, absque concubitu, sed solum ad explendam libidinem, est mollities.

*c* Cajet. *ib.*

3. Hinc si duo mares commisceant corpora, & moveantur ad procurandam pollutionem, vel quomodo-cumque se tangant impudice, ex affectu indebiti sexus, ita ut effusio seminis, vel sit intra vas præposterum, vel etiam extra, puto, *d* esse sodomiam; si sit intra vas, est certum: si vero sit extra, probatur, quia quamvis tunc non sit copula, tamen per illum concubitum est affectus veneris ad indebitum sexum, qui improprie constituit Sodomiam: nam caterum sive semen effundatur intra, sive extra, semper æque in loco non suo dispergitur: locus enim præposterus videtur materialiter se habere in sodomia, sed formaliter ejus essentia sumitur ex motivo, scilicet ex concubitu cum affectu ad indebitum sexum. Confirmo, quia femina cum femina non alio modo commisceatur, nisi per prædictum concubitum, cum effusione seminis, & non intra vas præposterum.

*d* Ita P. Antonius Marsilius lector casuum in Collegio Romano, in manuscr. in dec. tr. 11. c. 1. §. 3.

Inter illas enim non potest esse copula proprie; sed si ipsa femina commisceant corpora, ex affectu solum se polluendi, id est, explendæ libidinis,

est mollities: si ex affectu ad indebitum sexum, est sodomia.

4. Scio Grassium *e* sentire, ad copulam sodomiticam requiri effusionem seminis intra vas innaturale. Sed mihi hæc sententia non placet. Primò, quia, ut dicebam, sic inter feminam & feminam non esset sodomia. Secundò quia talis concubitus ex affectu indebiti sexus, cum effusione seminis extra vas, non est mollities: quia hæc est pollutio ex affectu explendæ libidinis, ut supra diximus; ergo est sodomia.

*e* Graph. c. 9. nu. 11. ex Nav. c. 23. num. 279.

5. Solum igitur sententia Grassij est vera, quoad pœnas, & reservationem, si quando sodomia est peccatum reservatum, pœnæ enim & reservatio, cum sint odiosa, restringuntur ad sodomiam principalem, & maximè notam, & unde quaque certam.

6. Ex his ergo collige, cum vir cum viro, vel femina cum femina peccant per dictum concubitum, satis esse in Confessione dicere, se exercuisse sodomiam, sine necessitate dicendi, an semen intra, an extra vas emiserint. Quid dicendum, quando vir præposterè feminam cognoscit, & semen extra vas dispergit, dicam mox, cum de sodomia imperfecta.

7. Vnum denique hic adverte, in sodomia non satis esse, dicere, sodomiam commisi, sed explicandum *f* insuper, an quis fuerit agens, an patiens. Ratio est, quia agens committit pollutionem, quam patiens non, eo ipso, quod patiens est, committit.

*f* De Lugo disp. 16. sec. 5. n. 247.

De So-



De Sodomia cum affine, vide cap.

4. §. 1. n. 7.

De Sodomia uxorati, vide cap. 3. §.

1. n. 3. & §. 2. n. 8.

De Sodomia cum infideli, vide cap.

1. §. 1. n. 8.

De Sodomia cum virgine, vide cap.

§. §. 1. n. 1.

§. IV.

*Sodomia imperfecta.*

**I**N Methodo sic habes: *a* Sodomia imperfecta, quam alij vocant innaturalem concumbendi modum, est peccatum contra naturam, per quod vir cum femina concumbit extra vās naturale: est species distincta à sodomia perfecta, adeoque speciatim in confessione exprimenda: perfecta enim procedit ex affectu ad indebitum sexum, sed licet ad debitum, tamen ad partem innaturalem.

*a* in *Metb. Conf. lib. 1. c. 7. §. 10. d. m. 74.*

2. Sed quid dicendum, si quis se polluat inter cæteras partes feminae, coxendices, brachia &c. ? Respondeo, de hac re dictum est superius §. 1. n. 3.

Illud hic sive recole, sive adde. Si primo fit concubitus ex affectu ad personam ipsam, sexumque fæmineum, est copula fornicaria, sive adulterina, sive incestuosa, juxta conditionem personæ, atque adeo est aperiendus. Si secundò fit concubitus ex affectu ad præposterarum partes, est sodomia imperfecta, de qua agimus, ac similiter aperiendus. Si tertio denique fit sine

concubitu, sed mere ad explendam libidinem, est mollities ex se explicanda.

3. Si quis tamen fateatur absolute concubuisse se cum femina, regulariter intelligitur fuisse ex affectu ad personam primo modo, non vero secundo, vel tertio, nisi aliud expresse fateatur. Ratio est, quia intelligitur, illum concubitum factum esse more ordinario: mos autem ordinarius est, ut vir cum femina commisceatur ex affectu ad sexum fæmineum. Unde vides, multum differre hunc concubitum viri cum femina, ab eo concubitu viri cum viro, vel feminae cum femina; ille enim est sodomiticus, quia non potest esse ex affectu ad copulam naturalem: hic non est sodomiticus, quia quando vir cum femina miscetur, semper regulariter est ad copulam naturalem.

4. Hic universaliter pro omnibus peccatis luxuriæ velim diligenter pernotes, hæc à nobis dicta esse, ad dandam veram harum rerum essentiam: cæterum in praxi Confessario expediret, tot minutias nequaquam interrogare. Audi Filliucium: *b* prudens, inquit, esse Confessarius debet in exquirendis cautè circumstantijs sexti præcepti, præparatorijs ad actum consummatum, modis minutis non necessarijs, ne se vel pœnitentē excitet ad aliquā tentationē. Audi Coninch: *c* præstat aliquando, Sacerdotem minus perfectè peccatū pœnitentis intelligere, quam vel illi, vel sibi aliquod scandalum



dalum creare, & esse nimium. Audi Angelum: *d* confitetur, inquit, mulier, quod fuit cognita extra vas debitum: non quærat postea Confessarius, in quo loco, vel quomodo, & huiusmodi, sicuti faciunt quidam, qui potius sunt contaminatores, quàm Confessores. Vide alios. *e*

*b* *Filliuc. in Instruct. brevi pro Conf. cap. 2. circa initium.* *c* *Cominch. disp. 7. de Sac. dub. 7. n. 56.* *d* *Angelus V. Interrogationes n. 1.* *e* *Fag. pr. Eccl. 2. li. 4. c. 2. n. 8.* *Homobon. in exam. Eccl. p. 1. tr. 4. c. 12. q. 11. de Lugo disp. 16. de pan. sec. 14. nu. 595.*

## §. V.

*Bestialitas.*

**I**N Methodo sic habes: *a* bestialitas est concubitus cum *b* re animata, non ejusdem speciei cum homine. Huc reducitur, concubitus cum dæmone, quia adhuc ille non est ejusdem cum homine speciei, etiam si assumat formam hominis. In hoc crimine non est necessario explicandum *c* genus animalis, sive sit equus, sive sit equa, sive ovis, sive gallina: semper est enim eadem in specie mortalis deformitas. At si sit concubitus cum dæmone, debet id *d* explicari, quia superadditur peccatum contra religionem, id est, commercium cum Dei nostrumque omnium nequissimo inimico.

*a* *in Meth. Conf. lib. 2. c. 7. §. 10. n. 78.* *b* *S. Th. 2. 2. q. 14. ar. 11.* *b* *Filliuc. tr. 30. c. 8. num. 167.* *d* *Idem ib. nu. 162.*

*z.* Nota insuper, exprimi in confessione oportere, *e* an dæmon fuerit sub forma feminæ, vel viri, vel sub forma talis conjugati, vel talis Monialis Professæ &c. Ratio est, quia tunc, præter bestialitatem, additur affectus ad talem.

*e* *Ibid.*

## §. VI.

*Additio.*

**P**oenæ Sodomitarum legi possunt apud Doctores, *a* quæ omnes requirunt sententiam judicis; solum dubitari posset de excommunicatione in laicum sodomitam; sed nec est latæ sententiæ, ut patet *ex c. Clerici. de excessibus Prælat.* Quoad invaliditatem testamenti Sodomitarum, lege Menochium. *b*

*a* *Azor. p. 3. lib. 3. c. 19. Petrus Mattejus super Bull. Pij. V. 27. qua incipit, Horrendum illud scelus, quæ est contra Clericos exercentes Sodomiam. Navar. c. 27. nu. 247.* *b* *Menoch. de arbitr. li. 2. cont. 3. casu 286.*

*2.* Ex copula nefanda non oriri affinitatem, *c* sufficere *d* tamen ad divortium, jam nunc communis est doctrina, apud Doctores fufius legenda.

*c* *Sanch. li. 7. matrim. disp. 64. nu. 13. & 14.* *d* *Sanch. l. 10. matrim. disp. 4. à nu. 2. S. Th. in 4. dist. 31. qu. un. art. 1. ad 4.*

*3.* Quoniam, ut modo innuit, reservatio cum sit odiosa, restringi debet in casu nostro ad sodomiam undequaue certam, quaestio celebris est, an reservata in aliqua Diæcesi sodomia abso-

lut.



lutè intelligatur de agente solum, & quidem, ut modo dictum est §. 3. num. 3. cum seminatione intra vas præpositum; hæc enim est undequaque certa sodomia; an etiam de patiente, qui certè sodomita etiam solet appellari? De utroque intelligi, propter rationem dictam probabilius est: sed intelligi solum ( nisi aliud in reservatione addatur ) de agente, non possum non putare probabile. e Ratio est, non multo ante dicta, quia certa & propria sodomia, ad quam solam debet se extendere reservatio, quæ ex omnium consensu est odiosa, & restringenda, solum est illa, per quam seminatur in vase præposito masculi, id quod certè non fit à patiente: adde, in iure magis puniri agentem, quam patientem; & merito, quia gravior ille peccat, quam hic, ex D. Antonino, f ergo non est mirum, si nos censeamus reservationem cadere in illud peccatum, quod est gravior.

e *vt tenet Graph. in pract. casuum reserv. li. 1. c. 21. n. 7. 8. & 25. f. 8. Anton. in summ. p. 3. tit. 17. §. 4.*

4. Diana, g qui in uno loco tenet, esse probabile, sodomiam agentis & patientis esse eandem specie, unde non esse speciatim in confessione explicandam, deberet affirmare, eam esse pari modo reservatam, & tamen in alio h loco propendet, non esse. At vero ego, qui cum Delugo constanter docui, paulo ante §. 3. num. 7. esse diversas, (agens enim per se prodigit semen, quod non prodigit patiens) multo consequentius probabile iudico, reservationem sodomix absolutè p. fi-

tam, solum esse contra sodomiam certam & principalem, qualis sola est sodomia agentis.

g *Dian. p. 3. tr. 4. ref. 159. & p. 6. tract. 6. ref. 36. h Dian. p. 2. tr. 17. Misc. resol. 64. vide etiam p. 7. tract. 11. ref. 13. ubi multa de reservatione huius peccati.*

5. Sodomiam imperfectam non intelligi reservatam, ubi sodomia absolute reservata est, jam dixi §. 3. numero quarto, cum Grassio, & nunc confirmo cum Bonacina. i

i *Bonac. de matr. qu. 4. p. 11. nu. 5.*

6. Reservata sodomia, intelligi reservatam bestialitatem, aliqui affirmant; sed verius negat idem Bonacina, quem, si est otium, lege.

## CAPVT OCTAVVM.

## §. I.

*De impudicitia, hoc est, de tactibus, aspectibus, similibusque actibus impudicis inter solutos.*

*Vbi obiter de parvitate materia in re venerea.*

**D**E his pauca dixi in Methodo, a & potius, ut aperirem, qua ratione sint in confessione deferenda, quam ut eorum naturam explicarem; quare in præsentia id uberius erit agendum: loquimur autem de actionibus externis inter solutos, & sine periculo pollutionis; nam inter conjuges, vel sponsos, vel quando subest periculum pollutionis, supra

F f

b dictum



b dictum est satis; de internis vero desiderijs & cogitationibus morosis dicam l. 10.

a in *Meth. Conf. lib. 2. c. 7. §. 2. ubi in edition. Panormitana 1649. quæ est omnium amplissima, citantur alia loca. b sup. c. 3. §. 5. à nu. 42.*

2. Tanquam fundamentum necessarium eorum, quæ hic proferenda sunt, præmitto, in prædictis, v. g. in tactu manus mulieris, tria genera delectationum inveniri: primam naturalem, secundam libidinofam, quam veneream appellamus, tertiam non libidinofam.

3. Naturalem delectationem voco eam, quæ oritur ex naturalium qualitatum proportione: sic delectatur manus tangere mollia, refugit aspera, eademque manus, quando excedit in calore, delectatur tangere manum frigidam, & è contra. Si quis ergo tangat manum mulieris, & sine alia ulteriore intentione delectetur de sola mollitie, de solo calore, de solo frigore &c. ex se nullius erit peccati reus: licet enim difficile sit, & periculosum, sistere in his terminis, tamen aliquando certè fititur, ut quando manibus salidis suæ filie pater senex proprias calefacit, vel quando pueri ab omni impuritate alieni se invicem jocando contrectant, vellicantque &c.

Huc reduco moralem, (sic juvat appellare) delectationem, quæ interdum ex his captatur, quæque potius voluptas mentis est, & gaudium, quam affectio appetitus sensitivi. Talis est casta delectatio, quam quis sumit ex osculo, more patriæ, vel honesto

tactu manus, quando exhibetur causa castæ amicitie; tunc enim amicus, seu amici pars superior sibi complacet de morali honestaque amicitia, nihil de sensitiva delectatione.

4. Libidinosa, vel venerea est, quæ oritur ex copula, pollutione, distillatione, vel ex cogitatione ipsarum; ut item quæ oritur ex commotione partium corporis, seu spirituum inservientium generationi, quam appetitus sensitivus maxime percipit. Venerea autem appellatur, quia est ordinata ad generationem, cui Venerem prisca antiquitas præciebat.

Si quis ergo in his extra matrimonium delectatur, peccare mortaliter, est omnibus manifestum; nec enim in his dari parvitatem, dicitur mox numer. 3.

5. Non libidinosa est illa delectatio, quæ sumitur ab aliquibus actionibus, quæ licet ordinata sint aliquando ad generationem, aliquando tamen non sunt; & tamen, ut non ordinata, suam pariunt propriam delectationem, quæ ratione possent dici remotè, non vero proximè ad generationem ordinari, v. g. tactum femine manus, certum est, posse referri ad se præparandum ad copulam: at potest non referri, & nihilominus tunc ille tactus pariet ex se in tangente suam delectationem, non quidem solum illam naturalem ex proportione qualitatum, de qua num. 3. sed etiam propriam individualem talis tactus, ut relati ad mulierem, sine ulla profus intentione libidinis. Sicut enim differt individualiter licita delectatio,



ſtatio, quàm à viſione, & odore purpureæ roſæ ſentis, ab ea, quàm ſentis ab albo lilio, ſic differt delectatio pudica, quàm capis à mera proportio- nata pulchritudine vultus mulieris, ab ea, quàm caſtè item ſunius à quacum- que alia pulchritudine v. g. floridi campi, exquisitæ architecturæ, fron- dentis arboris, & cujuſcumque alte- rius qualitatis, naturaliter tibi tuiſque oculis proportionatæ. Quare hæc non libidinoſa delectatio, licet inter natu- rales computari poſſit, tamen, elari- tatis gratia, eſt omnino diſtinguenda: nam de hoc maximè quæritur, an, & quod peccatum ſit, eam voluntariè ſu- ſcipere? Pro quo

6. Statuamus hanc univerſalem regulam, tres habentem partes. Om- nes actus, v. g. aſpectus, tactus, allo- cutio mulieris, ſi ſolum delectationem naturalem afferant, & ex alia parte ob illam ſolam aſſumantur, ex nullo pec- cato aſſumuntur, imo interdum ex me- rito, quia illa delectatio ordinatur ex ſe ad bonum finem, nec in ſe inhoneſta eſt. Rurſus ijdem actus, ſi pariant de- lectationem veneream, vel aſſuman- tur propter illam, cum peccato mor- tali extra matrimonium aſſumuntur, quia extra illud prohibiti ſunt. De- nique ijdem, ſi pariant illam delecta- tionem non libidinoſam, eaque dele- ctatio aſſumatur quidem, ſed non ad ullam libidinem veneream, ſolum cum peccato veniali aſſumetur: cujuſ ultimæ partis ratio (nam aliæ proba- tione non indigent) eſt, quia ex una parte non habemus, unde, ut ſic, ſub mortali prohibita ſit; ſi enim eſſet pro-

prohibita, inde eſſet, quia ad genera- tionem, quæ ſit illicita, referri, & probatum eſt, ex ſe non referri, ergo &c. & ex alia parte deordinatio non- nulla eſt, atque adeo venialis, ijs ut- actibus ad meram delectationem, lice- levem; unde vides, cur tactus v. g. honeſtæ partis ex ſe non ſit mortalis, ſit vero tactus partis inhoneſtæ, inter- ſolutos: Ratio enim eſt, quia honeſtæ partis tactus delectationem ex ſe parit vel naturalem, vel non libidinoſam, declaratam in prima, & tertia parte re- gulæ: ac tactus inhoneſtus non ſolum parere poſſet delectationem natura- lem & non libidinoſam, ſed quando aſſumitur ſolum ob ipſas has duas de- lectationes, (nam ſi aſſumatur ob ne- ceſſitatem, illas partes, v. g. medendi, non ſumus in caſu) parit etiam inſepa- rabiliter libidinoſam; & ratio hujus maximè notanda eſt, quia impoſſi- bile ſit, ut delectatio quæcumque, licet naturalis, vel non libidinoſa ejus par- tis, quæ tam proximè inſervit genera- tioni, aſſumatur ob delectationem non libidinoſam, quin comitanter non confurgat ipſa delectatio libidinoſa; quare dum aliquis tam proximam & inſeparabilem ex ſe cauſam ponit li- bidinoſæ delectationis, illam procura- re convincetur, atque adeo juxta dicta- nu. 4. peccare mortaliter.

7. Sanchez e confundit delectatio- nem naturalem, & non libidinoſam: ſed deinde in diſcurſu doctrinæ, re ipſa videtur diſtinguere: dum enim levem manus famine tactum dicit eſſe venialem, propter parvitatem dele- ctationis, ſignificat ideo eſſe venia- lem.



lem, quia nō est ex se delectatio libidinosa; quod dictum me iuvat sic explicare, ut voluptatem non libidinosam vocaverit voluptatem modicam, seu parvam, quæ certe admodum exigua est, præ illa, quæ est libidinosa. Et quamvis idem Sanchez *d* in Summa se retractaverit, de prædicta parvitate, concessa in citato loco de matrimonio, unde videatur fateri, se intellexisse de libidinosa; tamen pro maiore claritate suæ sententiæ, non admittentis parvitatem in re venerea, id fecisse suspicor: nam cæterum mea interpretatio utpotè constantiam Authoris defendens, ipsi eidem Authori (credo) si viveret, non displiceret. Nonnemo suspicatur, eam retractationem non esse Authoris, sed supposititiam, vel certè illi involuntariam. Ego huic suspitioni, si vera est, addo, satius fuisse, Authoris mentem declarare, ut ego conatus sum, quàm illum pronuntiare, sua dicta retractantem.

*c. Sanch. li. 9. mat. d. 56. n. præfert. 5. & n. 6. & in summa li. 5. c. 6. nu. 13. & Sanch. in sum. l. c. num. 22. & Beyerlinkius, quem laudat, sequiturque Caram. in Reg. S. Bon. n. 1053.*

*Parvitas materia non datur in re venerea.*

8. Hanc regulam sic à nobis distinctam, quam nisi calleas, semper in hac materia cæcutes, confirmare iuvat doctrina & autoritate Castropalai, qui loquens de Decreto R. P. Claudij Aquavivæ, quo prohibuit Nostros, ne docerent, dari in re venerea parvita-

tem, hæc habet formalia verba; *et* Sed non levem pluribus Doctoribus difficultatem intulit dictum præceptum tot pænis affectum, tot verbis exaggeratum, præcipuè cum videatur opponi communissimæ Doctorum sententiæ, admittenti in materia luxuriæ leve peccatum, ex parvitate materiæ. Neque enim credendum est, voluisse Claudium, virum alioqui doctissimum & prudentissimum, Societatisve Prælatos, condemnare tanquam doctrinam omnino exterminandam, quæ affirmaret, delectationem sumptam ex visione mulieris pulchræ, ex illius manus contactu, ex illius colloctione, absque ullo desiderio, vel periculo ulterioris lapsus, esse peccatum veniale. Verum si verba præcepti attentè expendantur, facile supradicta difficultas dissolvitur. Neque enim Claudius negavit, aut negare potuit, probabile esse, supradictas delectationes leves esse: solum enim negavit, in re venerea dari exiguam delectationem, ex levitate materiæ. Et quidem merito. Nam res venerea propriè est coitus, vel pollutio, vel ad summum, quæ ad hoc proximè disponunt, ut est commotio spirituum generationi subservientium, sicuti tradit Galen. *lib. 14. de usu part. c. 9. & 10.* Delectatio igitur, quæ ex imaginatione, vel ex contactu sumeretur ex coitu, pollutione, commotioneve spirituum subservientium generationi, nequaquam ex levitate materiæ à mortali excusari potest, quia est delectatio in re venerea. At delectatio, quæ sumitur ex visione mulieris



lieris pulchræ, & ex illius manus  
contactu, ob solam illam delectatio-  
nem, absque ullo alio periculo, vel  
desiderio, non est delectatio in re ve-  
nera; ac perinde nec peccatum mor-  
tale; & ita sustinet Filliuc. *tr. 30. in 6.*  
*præcep. Decalogi c. 9. per totum, præci-*  
*pue nu. 18. & 192.*

*Castrop. t. 3. t. 16. dis. 5. qu. 9.*  
*num. 8.*

9. Hæc Castropalaus. In quibus  
vellem, advertas illa (communissi-  
mæ sententiæ, admittenti in materia  
luxuriæ leve peccatum; & non dari  
in re venerea &c.) vides? commu-  
nissimam opinionem vocat, dari par-  
vitatem in materia luxuriæ, negat e-  
andem dari in re venerea; videtur e-  
nim; nisi fallor, significare, hæc duo,  
(in materia luxuriæ, & in re venerea)  
differre per maximè. Nam luxuria late  
patet ad omnem culpam, pertinentem  
maximè ad sensum tactus; res vero  
venerea, quam propriè vocavimus li-  
bidinosam, restringitur ad culpas per-  
tinentes ad generationem: ibi parvi-  
tas adest, quia tactus levis ex joco seu  
ex delectatione non libidinosa, parva  
culpa est, licet possit esse gravis, si af-  
sumatur ob finem libidinosum; at  
hic, nimirum in re venerea, nulla par-  
vitas datur: *f* semper enim eo ipso,  
quod venerea est, inchoatio copulæ,  
seu pollutionis est, atque adeo ipsius  
procuratio, quæ inter solutos mortale  
peccatum semper attingit. Scio, tum  
Sanchez, *g* tum priscos Authores  
confundere luxuriam & rem venere-  
am: Sed nos recentiores, claritatis &  
doctrinæ gratia, modo dicto distin-

guimus. His jactis fundamentis per  
ejusmodi actus sigillatim, facilitatis  
ergo, discurremus.

*f l. de hoc Rebell. fuse p. 2. de just. li.*  
*3. qu. 19. sec. 3. Castr. t. 1. tr. 2. d. 2. p.*  
*10. §. 2. nu. 4. citans Less. Salas, Basil.*  
*Vasq. quidquid dicant aliqui, quos cit. se-*  
*quiturque Caram, in Reg. S. Ben. à num.*  
*1052. g Sanc. li. 9. mat. d. 46. star-*  
*sim per totam, & in Summa li. 5. c. 6. n.*  
*12.*

## §. II.

*Tactus, oscula, amplexus inter*  
*solutos.*

**T** Angere a manum, faciem,  
brachia, pedes, & ex Navar-  
ro, etiam mammillas mulie-  
ris, si fiant inter solutos (de quibus  
hic, & in sequentibus agimus) ex joco,  
curiositate, levitate, nihil habent mali,  
præter ipsum jocum &c. nam ut sic,  
non aliam, nisi naturalem pariunt de-  
lectationem. Quod si fiant ob solam  
delectationem non libidinosam, erit,  
ut dictum est, cum peccato veniali:  
at si fiant animo libidinoso, peccati  
mortaliter, patet ex dictis.

*a De his & proximè dicendis leg.*  
*Sanch. li. 9. d. 46. à nu. 7. Less. li. 4. c.*  
*3. dub. 8.*

*z*. Hinc cautè sunt legendi, qui di-  
cant, *b* leviter tangere manum mu-  
lieris, digitum intorquere, pedem pe-  
de premere, esse veniale; cautè, in-  
quam, quia semper, etiam in his, est  
prædicta distinctio præ oculis habenda.  
Quis enim neget, prementem, vel

ff 3

levit-



levissime, mulieris pedem, si sit ex libidinoso affectu deliberato, ad copulam ad pollutionem, ad commotionem dictam spirituum, peccare mortaliter? Deliberato, inquam, si enim consurgat delectatio libidinosa, tu vero non consentias, sed reprimas, jam non remanebit contra te liberè operantem, nisi illa delectatio ex se non libidinosa, quam voluntariè admittis, & consequenter venialis, ut dictum est. Id, quod universale esse in dictis, & dicendis, supra notavimus.

b *Cajet. 2. 2. qu. 154. ad 2. & in summa v. Chorea fr. Nav. in manu c. 16. num. 11. alijq.*

3. Iam vero oscula, & amplexus, & faciei seria & affectata mulieris vel grandiusculi pueri contrectatio, ejusdem conditionis essent cum tactibus prædictis levibus, nisi necessaria indigeremus distinctione. Nam si fiant morte patriæ, vel à parentibus, vel à superioribus, vel similibus, ad amicitia castæ signum, nulla quidem ex se laborant culpa: at si fiant ob meram delectationem, quæ persistit in ipso osculo oris, & in ipso amplexu, atque affectata contrectatione, est magnum periculum, ne inseparabiliter nascatur etiam libidinosa, & consequenter, ne sint mortalia. Quoniam ergo, quando fiunt ob captandam delectationem ipsam non libidinosa, præsertim inter duos diversi sexus, naturaliter consequitur & ipsa tertia delectatio libidinosa, mortalia erunt, quia tunc ponitur causa proxima veræ libidinis, nisi fortè ætas infantilis aliquid amplius permittat, ut permittit Sanchez, d

c *l. Castr. to. 1. tr. 2. d. 2. p. 10. §. 2. n. 4. vide etiam infr. lib. 10. c. 5. d. sanc. l. 9. matr. d. 46. n. 13.*

4. Tangere partes inhonestas aliorum, sive ob delectationem, sive ob aliud, semper est mortale, propter jam dicta. Dixi primò (ob delectationem) semper enim excipimus necessitatem medendi, &c. ut supra excipit etiam Sanchez de levitatem, & jocum, quod putamus, admitti posse (ait f. Silvius) si leviter, & quando per transennam hoc fieret, non autem si omnino deliberatè, quia deliberatus est nimis turpis & periculosus.

o *sup. c. 3. §. 5. n. 49. et sanc. li. 9. matr. d. 46. n. 20. f. Silvius 2. 2. qu. 154. ar. 4. concl. 3.*

Dixi secundò (aliorum) nam si quis suas sine libidine, ad calefaciendas v. g. manus, tangeret, multo minus ob necessitates occurrentes, non peccaret, quia tactus suarum partium non est tam excitativus ad libidinem, quam tactus aliorum. ff

ff *sanc. l. c. n. 14. Less. li. 2. c. 3. m. 8. n. 60.*

5. Denique tangere catulos, feles, imo pueros, puellasque, ob benevolentiam &c. non est ex se, nisi malus addatur finis, peccatum. Erat quidam certè malis moribus alioquin non imbutus, qui supra modum delectabatur, canes & similes bestias manibus contrectare (quod quidem serio fieri ab amantibus & proflentibus castitatem, semper mihi displicuit.) Insuper eorundem pudenda rangebat, sibi complacens, ut ajebat, dare hanc delectationem catulo: imo. saepe ita eadem.



eadem perfricabat, ut semen bestia emitteret. Hic ergo petijt à me, an sine peccato id efficere posset? Profecto ab hac impura tractatione hominem absterrui, ob periculum, ne in se delectatio, & commotio libidinosa confurgeret; dixi præterea, prodigere semen animalis, non esse peccatum; ficus enim domini ipsorum sumus, dum vivunt, ita impedire, ne nascantur, possumus. Sed addidi, si id faciat ob meram curiositatem levitatemque, experiaturque, se nulla commoveri carnis suæ voluptate, non posse de mortali damnari, sed certè de veniali: nam, quod nullo crimine damnamus conjungentes animalia, ad filios procreandos, id est, quia tunc satis rationabilis causa adest animalia propagandi. At si quis ob voluptatem etiam illam solam, quæ ibi persistit, faciat, me vereri, ne incidat in mortale, quia tanta contrectatio pudendorum, quam vis animalis, tam serio facta ob sensibilem delectationem, principium ex se est impuræ libidinis. Neque mihi contrarij g sunt, qui docent, non esse mortale, bestiarum genitalia conficere: non sunt, inquam, contrarij, quia ipsi solum ibi loquuntur, quando id fit ex curiositate, nos hic, & alio loco idem Sanchez, b loquimur, quando fit ad captandam illam voluptatem.

g *Dian. p. 2. tract. 17. ref. 37. citans Sanc. li. 9. matr. d. 46. n. 25. h Sanc. ib. n. 30. i sup. li. 5. c. 2. §. 4. à n. 25.*

An famina licitè permittant se tangi, diximus, cum de cooperatione amata nonnulla supra i notavimus. i *sup. li. 5. c. 2. §. 4. à n. 25.*

## §. III.

*Aspectus.*

1. **I**nter tactum & aspectum, sine dubio non vulgare discrimen intercedit; tangere enim, propius ordinatur ad libidinem, magis venerem, id est, spiritus generationi subservientes commoveret, magisque periculum ingerit sedæ libidini consentiendi, quàm solum aspicere; quare non immerito minus peccato obnoxij sunt aspectus, quam tactus.

2. Hinc primò, aspicere mulieris faciem, manus, brachia, pectora, in summa, partes ejus honestas, non est ex se peccatum; quod si fiat ob delectationem in ipsa pura visione residentem, quam non libidinosa appellavimus, non erit a saltem mortale, erit, si ob libidinosa. Ratio est toties dicta. Aspicere autem partes inhonestas ejusdem, vel eandem nudam (idem dic, si mulier aspiciat easdem partes viri, vel nudum eundem) serio, & sine necessitate (quæ tamen necessitas solet esse in medico, & similibus, &c.) multo magis si ob voluptatem ibi persistentem, propter conjunctionem certam cum delectatione libidinosa, ut item propter periculum consentiendi, esset mortale.

a *Sylvest. v. Curiositas qu. 3. vers. 4. Nav. c. 26. n. 22. Bon. de matr. qu. 4. p. 20. num. 23.*

3. Dixi (serio) quia brevi tempore, & obiter (idem puto, ex loco remoto, vel interposita opaca veste, sed non



non tenui velo) curiositatis gratia prædicta aspicere, non est, nisi veniale, quia ut sic, non adest provocatio ad ulteriorem libidinem. Aspicere nudum eum, vel eam, quæ sit ejusdem sexus cum aspiciente, ut etiam diversi sexus, si sit valde puer, puto item veniale, quia ex se non multum excitat ad venerem. Illud ergo in his, & similibus præoculis habe, an scilicet affectus sit ad libidinem, & an aspectus rei vel actio sit ejusmodi, ut in impuram libidinem, ut plurimum, influat, si enim sic est, provocatio erit mortalis libidinis; secus, non item.

4. Hinc secundo, serio aspicere duos turpiter se commiscentes, à peccato mortali non libero; multo magis, si sit propter delectationem, quamvis ibidem persistentem. At in eadem commissione intueri bestias, vel eorum genitalia conspiciere, præsertim obiter, & sine affectu ad libidinem, non puto, esse mortale. Ratio est eadem toties dicta.

5. Qui respiciendo mulieres, in eis turpiter delectatur, sine desiderio copulæ, an obligetur, in confessione conditionem mulieris explicare, dixi in Methodo confessionis, b & infra repetam lib. 10. caput 3. num. 5.

b in Meth. Conf. li. 2. c. 7. §. 1. n. 4.

#### §. IV.

##### *Turpiloquium.*

1. **T**urpia loqui, & turpia cantare, participant tres illas species delectationum naturalem, non libidinosam, libidinosam,

Si ergo hæc facias ad bonum finem, causa v. g. studij &c. nihil peccas; si causa delectationis non libidinosæ, ut accidit, quando hæc fiunt per jocum, vel per curiositatem narrationis, vel suavitatem poësis, animo fallendi temporis, relevandi que se à laboribus (semper secluso periculo veræ libidinis) non est, saltem mortale. At si cum delectatione ad objecta ipsa, hoc est, ad res ipsas narratas graviter peccaminosas, vel cura periculo consensus in illam, erit aperte mortale, quia tunc libidinosæ est aperte voluptas. Advertit autem merito Salas c convinci plurimos, consentire in delectationem rerum, seu objectorum turpium, sub prætextu artificiosi carminis vel Musicæ, quando carmina elegantiora rei piæ recusant, avidiores ad turpia; indicium sanè non leve præve affectionis: convinci item latenter delectatione carnis ferri eum, qui frequentius & libentius loquitur de occultis partibus corporis, vestibus, & grotationibus ad eas partes pertinentibus, quàm de rebus alijs. Denique similis peccati argui, qui metaphoris rerum turpium gaudet, & qui facile multa detorquet ad turpes sensus: quamvis enim hæc sæpe excusentur ab inadvertentia, vel quia objectum, de quo agitur, non est adeo obscærum, sæpe tamen, quia deliberatè procedunt ex affectu ad res, seu ad objecta turpia à mortali non liberantur.

c Sal. apud Castr. tr. 2. d. 2. p. 10. §. 1. n. 5. l. item infra li. 10. c. 1. num. 13. & 13.

Si alijs loquentibus, tibi illud turpiloquium, vel impura cantilena displiceat,



spiceat, seu non placeat, nec tamen a loco discedas, nec eosdem reprehendas, ob ruborem, imo etiam si (secluso scandalo & animo, te de illo peccato delectandi) rideas, vel quid simile facias, te non accuso peccati mortalis, quia ipsa erubescencia non continentenda ratio, pro tua excusatione est.

*c. sal. apud Castrop. tr. 2. d. 2. p. 10. §. 1. n. 5. l. item infra li. 10. c. 1. num. 11. & 13.*

## §. V.

*Turpia legere, scribere, repræsentare &c.*

1. **Q**ui libros legunt de rebus turpibus ex professo agentibus (præscindendo, an hi libri sint prohibiti, de qua re suo loco diximus *a*) pari modo non peccant, si ob bonum finem: peccant venialiter, si, ob curiositatem; mortaliter, si ob delectationem libidinofam. Idem sentio de spectantibus turpes *b*. Comædias (abstrahendo à cooperatione, qua spectantes reddant *bb* animosiores ipsos histriones, pecunia, verbis, magno plausu &c. ad ejusmodi turpia representanda) idem de serio aspicientibus tabulas rebus turpibus depictas: semper intellige, quando abest periculum consentiendi; sed heu in re tã lubrica quã frequenter adest, de his qui eosdem libros valde turpes componunt, idem dicendum esset, quantum est ex capitibus dictis; quia scilicet hæc possent scribi sine voluptate venerea, sed solum ob delectatio-

nem proveniente ex curiositate, vel levitate; verum ex alio capite excusationem minus inveniunt; nimirum ex scandalo: sciunt enim hi, debentque scire, aliquos legentes eos turpes libros, in veram libidinem fore lapsuros, & ex alia parte nulla rationabilis causa eos excusat. Quæ enim necessitas, quæ utilitas ejusmodi scriptores cogit, ad ea turpia describenda? Cogit utilitas publica Medicum, Anatomicam, verenda describere, eademque cogit Theologum moralem, actiones foedas minutatim explicare: at, te Poetam, vel profanum scriptorem, quæ causa, quæ vis compellit? Respondet: necessitas sic pecuniam conquirendi. Sed quantum hæc excusatio se extendat, alibi *d* diximus. Idem dic de repræsentantibus res valde impuras; idem de easdem pingentibus. Dixi (valde turpes, valde impuras, &c) nam secus, quia levis esset & remota provocatio ad libidinem, atque adeo non inseparabiliter cum illa, leviter peccaretur.

*a sup. li. 2. in decal. c. 1. §. 7. b Sane. li. 9. mar. d. 46. n. 40. Diana p. 2. to. 17. re. 35. citans Lorcam, Rodriguez. a. lios, etiam quoad Clericos. bb Lege Nicol. Baldelli lib. 3. diff. mor. d. 28. n. 10. & Bardi. fol. 9. 2. li. 9. q. 2. sec. 15. c l. Boss. t. 2. moralium tit. 20. n. præsert. 19. d. sup. l. 5. c. 1. §. 4. à nu. 28.*

2. Obligationem Gubernatorum ad repellendos turpia repræsentantes maximam esse, colligitur ex dictis; cum enim ipsi facile tot lapsus cavere possint, ex charitate, imo ex officio debent: Audi Bossium, *e* si neglexerint Principes, inquit, providere, ne impura

G g

impura



impura repræsententur, sciant, se graviter à Deo puniendos, utpote, quia permiserint, & autoritate sua confenserint, infamem & publicam omnium scelerum scholam haberi. Et paulo post: Remedium tutius est, ut Principes histriones non recipiant, sed ex regnis expellant.

c. *Bosius ibid.* n. 35.

## §. VI.

*Munera acceptare, & se jactare de re surpi.*

1. **D**E priore ex his per occasionem dixi superius, cum de stupro, hoc est c. 5. §. 3. à nu. 49. De posteriore egi in Methodo confessionis l. 2. c. 7. §. 3.

## §. VII.

*Chorea.*

1. **C**Horearum a tres facio classes: prima est absolute pudica, seu pura: secunda impura per accidens: Tertia per se impura.

a. *De his vide Summistas v. Chorea, AX. 3. p. c. 26. Bon. de matr. q. 3. q. 9. n. 24. Ell. t. 2. tr. 30. c. 10. num. 223. Trull. in dec. li. 6. c. 1. 1. du. 12.*

Puræ, (esto, sint aliquando aliquantum vanæ) sunt choreæ, quæ inter ejusdem sexus personas, sine ullo turpitudinis gestu, vel ulteriori pravo sine non raro fiunt: ejusmodi sunt, quos ludos potius dixeris, quàm choreas, sunt tamen choreæ, quasque vocantus morefcas, incerchiatas, lumi-

narium saltationes; in quibus ad numerum musicum certatur, saltatur, luminaria in manibus accensa artificiosè circumferuntur: ejusmodi sunt choreæ, quas puellæ inter se nullis acitatis viris, interdum, domi solent finire, ad recreationem, tempusque fallendum, exercere. Ejusmodi sunt et, quas rustici in suis mapalijs, vespere post laborem ad levandum animum, sine ullo prorsus turpi sine, vel impudico signo exhibent, sonante fistula.

Has igitur & similes choreas puras appella, nec ut peccaminosas reprobo. Has David b ante Arcam in Dei cultum assumpsit; has Maria c Aaronis soror, agens Deo gratias ob submersum Pharaonem, cum cæteris mulieribus (non autem mistis maribus) gaudens exhibuit. Has in celo clucunt, etiam corporaliter, ut putat Roa. d Sanctorum Chori: has, (nec alias, ut perperam citat Bosius) e permittit rusticis Cajetanus: f Has denique permittunt superiores in Tragedijs, & similibus repræsentationibus, ad juvenes exercendos, eorumque animos sublevandos. Huc item reduci possunt et, quæ in diebus bacchanalium ad merum jocum, vel vanitatem larvari soli viri ad artificiosam pedum corporisque dexteritatem ostendendam, exhibent populo.

b. *li. 2. Reg. c. 6. c. Exod. 15. d. Martinus Rhod. li. de statu Beat. c. Bos. t. 2. moral. ti. 19. n. 10.*

2. Impuræ g per se sunt, quæ mistis maribus, feminisque, imo etiam separatis, suscipiuntur, obscænis gestibus, tactibus parum pudicis, amafiorum amicorumque interventu, & simi-



& similibus : has enim vero in ultimis terras esse ablegandas, nemo est, qui negat, earumque profectores verari in statu peccati mortalis, & denique per Principes christianos esse ab urbibus, nec solum à domibus expellendos.

g *S. Th. in c. 3. Isais, & in 2. 2. qu. 163. art. 1. Axiom. Fill. alij modo citati.*

3. Impuræ per accidens sunt choreæ, quæ per honestas feminas virorumque in convivijs, in nuptijs, in diebus lætitiæ delectis fieri consueverunt. Hæ profecto per se impuræ & peccaminosæ non sunt. *h* exerceri enim sine mortali peccato per se possunt; idemque est, si personati homines sub larvis utriusque sexus, in Bacchanalibus choreas agant. Viri, inquam personati: nam si sint immitæ feminæ, valde vereor, ne sub illo habitu ementito, res non degeneret in choreas ex se impuras, de quibus numero præcedenti. Per se igitur, ut dico, hæ peccaminosæ non sunt: solent tamen sapissimè per accidens, ratione nimis periculi, ne in tanto lætitiæ calore, in tanta adolescentularum juvenumque specie, ornatu, concursu, in artificiosa illa corporis grata oculis agitatione, in contactu manuum, qui sæpe adhibetur, non ij solum, qui choreas agunt, verum etiam spectatores facile in impudica labantur. De his igitur idem pronuntio, quod de coardijs paulo ante dictum est, has nimis valde periculosas esse, multo magis, si frequenter, & ex consuetudine fiant. Nihilominus addo, si experientia cognovisti, tibi ejusmodi periculum non subesse, te hoc modo cho-

rezantem, vel chorizantes aspicientem nequaquam esse mortalis peccati reum. Paresfamilias potius moneo, ne eas permittant, quando prævident, facile aliquos ex hac occasione in peccata lapsuros.

*h Cajet. l. c. Trull. Bon. Fill. Axiom. c. quib. addo Lop. in 2. p. instruc. c. 31. num. 6.*

4. Quoad locum, personas, tempus, ne fiant primò in Ecclesia, vel propè ipsam: secundò, ne ab Ecclesiasticis, multo minus à Religiosis, Monialibusque: tertio, ne tempore penitentia, v. g. Quadragesimæ, nec festis diebus.

5. Per has tres prohibitiones, quas legimus in sacris textibus, non prohiberi puto choreas absolute, sed immodestas, impudicasque. id loco omnium ostendit ille Canon in his verbis. *Non verentur in ipsis Ecclesijs, earumque cæmeterijs choreas facere dissolutas*: illud (dissolutas) prohibitionem certè permaximè lenit. Quare juxta majorem minoremque irreverentiam, seu injuriam à prudenti, secundum omnes circumstantias, expendendam, quæ inferatur statui personarum, sacris locis, sacroque tempori, adde, & considerato scandalo, quod fortè detur, gravitatem levitatemque culpæ dimetire. Qua in re strictè loquitur Bossius, n̄ dum absolute dicit, choreas agere in Ecclesia, esse peccatum mortale: sicut nimis laxè loquuntur aliqui, o dum ajunt absolute, non esse mortale: nam secundum mensuram p̄ irreverentiæ, & qualitatum chorearum, definienda erit & culpa.

Gg. 2.

i. c. Pres-



i c. Presbyteri d. 34. c. non oportet. 2. de cons. d. 5. c. cum decorem. 4. de vit. honest. Cler. c. Doc. de imm. Eccl. in 6. Clem. 1. de Celebr. Miss. l. Sylvest. v. Choreas. Maxzar. disc. 108. super sermone Domini in Monte, quib. adde Menoch. de arbitra. cum addit. ad casum 69. nu. 59. m Clem. 1. de Celebr. Missar. n Boff. l. c. nu. 8. o apud Boffium l. c. p Sanc. in consil. li. 1. c. 8. dub. 24. nu. 22. ex Lopez.

6. In Clementina, de statu Monachorum cap. 2. dum dicitur de monialibus, non choreas, non festa secularium prosequantur, non videtur imponi præceptum, sed ex monentur, juxta sana consilia; neque enim moniales, inter se fortè ex aliqua occasione puras choreas agentes, etiã ob recreationis gratiam, audeo de peccato mortali condemnare: quamvis profecto digna sit culpa, quæ severe à superioribus castigetur.

## §. VIII.

## Ornatus.

1. **H**Uc Ornatum mulieris reduci curiosus Lector vult, huc ergo reducamus.

Nomine ornatus intelligitur a omnis cultus muliebris per pigmenta, & comam apposititiam, per intortos capillos, per pectoris nuditatem, per ornamenta aurea & gemmata, per novas vestium formas, præsertim si quæ ijs utantur supra statum, vel præter receptam consuetudinem.

a Less. li. 4. c. 4. dub. 14. n. 105.

2. In hoc ergo certum est primò, si ne peccato b posse quæri ornatum corporis, ob bonum finem, non solum scilicet ob necessarium corporis tegumentum, sed etiã ad sui status decorum, nimirum ut pro conditione sui status, honorificè quis prodeat in forum; id enim est laudabile, & rectæ rationi consonum. Contra, certum item est, cum evidenti peccato mortali eundem ornatum quæri, se ob finem graviter malum, quicumque is sit, conquiratur, v. g. ut quis adulteret, ut turpiter concupiscatur, &c. id quod probatione non indiget.

b lb. n. 106.

3. Certum est secundò, si se ornet mulier matrimonio juncta, vel ad id aspirans, ut viro placeat, vel ut virum nanciscatur, nihil peccare. c ratio est, quia hic finis, cum honestus sit, satis honestam illi ornamento causam præbet.

4. Certum sit tertio, mulierem etiam illam, quæ nec nupta est, nec nuptias intendit, imo & adolescentes & viros, si se ornent, non ut ab alijs turpiter concupiscantur, sed ut censantur inter pulchros, & laudentur ut pulchri, non peccare mortaliter; d ratio est, quia id non continet gravem deordinationem, sed, ad summum, vanam quamdam gloriam coram hominibus.

d ib. nu. 109. ex S. Thom. Cajet. Res.

5. Remanent ergo duæ difficultates. Prior, an excessus in hujusmodi ornatu sit ex se mortalis? Posterior, an saltem sit mortalis, ob scandalum, quia nimirum



ni mirum mulier sic ornata causa est, vel occasio ruinae spiritualis multorum.

6. Quoad prius, assero cum D. Thoma, & Cajetano, non esse nisi venialem excessum; ratio est, quia excessus in appetitu & usu rei per se non malus, non est, nisi veniale, ut patet in excessu cibi, potus, divitiarum, &c. qui non est ex se mortalis, nisi ratione gravis nocimenti, quod aliquando inferret: Sed in casu nostro non est, nisi excessus in conquirendo nitore, pulchritudine, cultuque corporis, quae non sunt ex se mala, sed indifferentia, ergo &c. Adde; peccatum, ut sit mortale, debet esse graviter contra charitatem Dei, vel proximi, vel sui ipsius; id quod non est invenire in casu nostro.

e S. Tho. 2. 2. qu. 169. art. 2. ad 4. Cajet. ib.

7. Quoad posterius, assero, de eo tam bene, cordate, ac sapienter scripsisse nunquam satis laudatum Lessium, f ut iudicem, hic sufficere, si illius doctrinam ad verbum exscribam: Scio, Albertum Alberti fusè de ornatu mulieris aliquanto scrupulosius disputare, sed me juvat, Lessium sequi benigniorem. Potest, ait Lessius, in excessu istius ornatus esse peccatum mortiferum per accidens, ratione alicujus pravitatis connexae.

f Less. ib. n. 112. 113.

Primo, ratione mali finis, ut si fiat animo pertrahendi ad libidinem.

Secundo, ratione praecepti positivi, ut si talis excessus esset vetitus aliqua lege, sub poena excommunicationis, eaque servaretur,

Quod si lex non habeat annexam poenam, vel saltem non gravem, non erit plusquam veniale: imo credibile est, plerasque leges civiles de huiusmodi, quae passim varijs locis habentur, esse solum poenales, & obligare tantum ad multam.

Tertio, ratione scandali, ut si quis uteretur veste adeo tenui, vel ita conformata, ut per eam pudenda non satis tegerentur: id enim, iudicio morali, non tam esset pulchritudinem ostentare, quam homines directè ad libidinem allicere.

Secus est, in nudando pectore, ut Cajetanus, Fumus, & Navarrus notant; praesertim, ubi est ea consuetudo: nam pars illa honesta censetur, nec natura, aut pudor humanus postulat, illam absolute tegi. Grave tamen peccatum esset, huiusmodi morem introducere, ubi id non est consuetum: insolita enim magis movent; & res ipsa merito ob periculum, etiam ubi est recepta, tanquam illicitum libidinis, esset abroganda, ut Doctores monent.

Notandum tamen, non ex eo censeri ornatum scandalosum, quod mulieri occasione illius putentur ad prava desideria provocandi, ut rectè praedicti Doctores tradunt: alioquin etiam pulchritudo naturalis scandalosa esset: nam multo magis provocat, quam artificiosa; cum natura longè superet artem. Itaque etiam si femina putet, aliquos peccaturos, non tamen id circo sub peccato mortali tenetur talem ornatum dimittere: sicut is, qui à multis odio habetur, non tenetur à publico abstinere, ut inimicis non detur occasio



casio odij. Ratio est, quia ornatus iste solum remotè ad malum provocat, ergo non tenetur ab eo abstinere, ne alij peccent: alioqui perpetuo abstinere deberet (cum illa occasio sit perpetua & universalis) quod nimis grave esset humanæ conditioni. Sufficit igitur, ut ei peccatum proximi displiceat, & illius salutem non contemnat. Et confirmatur, quia quod illi peccent, ex eorum provenit malitia, non ex conditione ornatus: sicut enim circa hanc peccant, ita etiam circa alias eximie pulchritudinis: atqui, id, quod ex aliorum malitia provenit, non tenemur cum tanto gravamine nostro impedire. Secus, si aliquo *gg.* casu ad breve solum tempus ob peculiare periculum alicujus abstinendum esset: tunc enim charitas postularet, ut pro eo tempore talem ornatum superfluum omittam, ne proximus, qui alioquin putatur non peccaturus, inde peccandi occasionem habeat.

*gg.* Hanc limitationem non ponit Diana p. 2. sr. 15. ref. 36. etiam si ornatus sit superfluus & maximus, modo sit secundum morem patrie, & de se non sit quasi provocativus ad malum.

Hæc Lessius, qui etiam n. 114. notat, ornatum seu usum vestis alieni sexus, non esse intrinsecè malum; unde ob causam justam fieri posse, v. g. si a lia desit, si opus sit, se occultare ab hoste, si fiant representationes &c. Ex levitate id facere, esse solum veniale, ju- re fateatur.

Vide denique superius, g ubi notavi rationem, cur non liceat puellæ,

se ornatum in conspectum amarij con- sulto dare, ut conspiciatur.

*g.* *Sup. l. 5. c. 1. §. 4. n. 27.*

### !CAPVT NONVM.

*Discussio duo dicta Caramuelis in ma- teria luxuria.*

*De tertio dicto vide lib. 10. c. 7.*

1. **P**rimum dictum a est hujus- modi. Infero, peccantem cum virgine sodomice, primò, non teneri dicere, illam esse virginem: ita Diana, de circumstantijs aggravantibus, ref. 17. Secundò, imò neque teneri exponere, se sodomitam habuisse cum muliere, ut ipse docet Diana ibid; ref. 2. & Bonac. de matrim. q. 4. p. 11. nu. 9. Ratio est, quia sodomia cum muliere, aut cum viro, solum differunt in genere entis, non in genere moris, non secus, ac furari aurum, aut argentum; frangere jejunium pane, vel piscibus. Hæc ille.

*a.* *Caram. in Reg. 5. Ben. n. 7073.*

Ex his primum approbo, ut approbavi superius e. 9. 1. nu. 2. Secundum approbare non possum, sicuti nec superius approbavi e. 5. §. 3. n. 1. Ratio est duplex: prima, quia falsum est, non differre in genere moris; nam, ut ibidem dixi, perfecta sodomia, quæ est cum viro, procedit ex affectu ad indebitum sexum: quæ vero cum muliere, non est ad indebitum sexum, sed licet ad debitum, tamen ad partem innaturalem: quæ duo certè quilibet bene moratus non potest negare, in genere moris differre: non sic, furari.



furari aurum vel argentum, frangere  
jejunium pane vel piscibus; imo in  
bestialitate ingredi cum mare vel  
femina: quia hæc semper sunt ex eo-  
dem moraliter affectu ad divitias, ad  
comestionem, ad bestiam. Secundo,  
quia nimis est falsum, hanc opinio-  
nem doceri à Bonacina; imo fortasse  
etiam nec à Diana. Verumque profe-  
ro, Bonacina nu. 9. citato à Caramu-  
ele, solum loquitur de primo, quod  
ego approbavi: et de secundo, non ibi  
loquitur, sed paulo ante, nempe b  
nu. 7. ubi his verbis meam sententiam  
firmat, reprobat illam Caramuelis.  
Hinc colligi potest, (inquit) expli-  
candam esse in confessione personam,  
cum qua perpetrata sit sodomia, vide-  
licet utrum habita sit à masculo cum  
masculo. Quid clarius?

b Bon. de mat. q. 4. p. 11. nu. 7. in  
Edit. Von. 1639.

3. Diana l. c. sic habet. Sufficit di-  
cere, peccavi in sodomia, (sive cum  
mare, sive cum femina) toties;  
in bestialitate, quater, &c. Et ita pu-  
blice docuit hic Panorami, qui-  
dam Theologus Societat. Iesu, licet  
Tannerus (quod mihi magis placet)  
contrarium doceat, quoad sodomi-  
am, & ante illum Granadus. Hæc Di-  
ana. Notas illud? (quod mihi magis  
placet) quoad Theologum autem  
prædictum, me juvat credere, ipsum  
de bestialitate id docuisse, quod verum  
est; non de sodomia, quod est falsum.

4. Secundum dictum c Caramu-  
elis. Quidam furabatur, ut mœcha-  
retur: veniens ad confessionem, dixit  
furatus sum toties: toties mœchatus,

& subicit ordinem furti ad mœchi-  
am: dubitas, utrum sufficienter se  
explicuerit? Respondeo affirmativè:  
ita etiam Diana in tract. de circumst.  
agg. ref. 23. ubi citat & sequitur alios  
Authores. Ratio est manifesta, quia  
licet illud furtum habeat malitiam  
fornicationis, non tamen habet malitiã  
fornicationis distinctam à malitia finis  
in genere luxuriæ: & ideo penitens ex-  
plicuit omnes circumstantias mutan-  
tes speciem: omisit unius circumstan-  
tiæ aggravantem extensionem in ea-  
dem specie, quam non tenebatur ex-  
plicare. Hæc ille.

c Caram. in Reg. 3. Benedict. num.  
1050.

5. Sanè fateor, hunc explicuisse o-  
mnes circumstantias mutantes speci-  
em: sed ajo, plus nimio excessisse;  
addidit enim duas individuaciones  
peccati, quas ipse non commisit, & ideo  
mendax fuit in confessione, sane in re  
gravi, ad confessionem pertinente, quia  
numerus peccatorum, quando exactè  
scitur, debet exactè, ut omnes faten-  
tur, ad confessionem deferri. Cum e-  
nim audit Confessarius: *Furatus semel  
sum, & deinde, mœchatus semel sum,*  
nonne duo numero peccata te commi-  
sisse ex tuis verbis intelligit? Tu ta-  
men unum numero peccatum patra-  
sti, nempe furtum relatum ad machi-  
am, hoc est, unum numero peccatum  
duabus specie diversis malitijs infe-  
ctum. Scio, esse bonos Authores pro  
Caramuele, sed certè ubi apparuit e-  
vincens ratio, boni etiam Autho-  
res; bona earundem venia, fuerunt  
sine nota deserendi. Relege multa  
valde



valde necessaria, quæ de hac difficultate alibi d' dedi.

d *In Meth. Conf. li. 2. c. 1. §. 11. a num. 75.*

## CAPVT DECIMVM.

*Remedia aduersus luxuriam.*

1. **H**ic id breuiter attingere operæ pretium erit. Et quidem colligit decem remedia Faustus, & duodecim Peyrinus. *b* In promptu autem erant alia quinque, nescio, an ceterorum efficacissima.

a *Barth. à S. Fausto in Thef. Rel. li. 3. qu. 57.* b *Peyrinus t. 1. q. 3. c. 2.*

2. Primum remedium humilitas, & oratio: nam nostra fragilitate cognita, ad Deum est confugiendum. Secundum, sobrietas. Tertium, vestium asperitas, seu cilicia. Quartum, carnis mortificatio. Quintum, custodia sensuum. Sextum, vitatio occasionum, & præsertim fuga conuersationis mulierum. Septimum, virilis resistentia. Octauum, Scripturarum sanctarum meditatio. Nonum, fervens Dei dilectio. Decimum, mortis, & æternarum pænarum viva meditatio. Undecimum, non occultas fovere in sinu tentationes, sed eas statim Patri spirituali patefacere. Duodecimum, fugere otium.

3. His ergo addatur remedium decimum tertium, subita cogitationis malæ fuga: Vt primum tentatione titillaris, statim, repente, surge, recede, fuge à loco, à cubiculo, à lecto, ubi moraris, & negotium aliquod quan-

tumvis frivolum cum magna intentione gerendum suscipe.

4. Decimum quartum, Dei summi iudicis viva præsentia. *In desiderijs vero carnis*, ait S. Benedictus, *e nobis Deum credamus semper esse præsentem, cum dicat Propheta, Domine ante te est omne desiderium meum.* Psal. 37.

c *S. Bened. in Reg. c. 7.*

5. Decimum quintum, frequens, & aliquando quotidiana Confessio apud eundem confessarium, prudentem & pium; sed adverte illud (eundem) quo remedio recidivi cuiuscumque criminis si utantur, fieri vix potest, ut non facillimè curentur.

6. Decimum sextum, frequens communio, juxta illud: *Et vinum germinans virgines*; lege Suarez, d qui tantam continentiam in tanta iuuentute nostrorum in Collegijs degentium, frequenti sacræ Eucharistiæ assumptioni, quæ apud nos de sancto more usurpatur, acceptam merito refert.

d *Suar. 4. to. de Rel. t. 10. li. 4. c. 3. in fine.*

7. Addatur ultimum naturale, sed certè satis efficax medicamentum, discessus à præsentia impuri objecti. Veneficio quidam ad puellam amandam urgeri vulgo dicebatur; præsentius amuletum non fuit, quàm discessus ab ea urbe, ubi commorabatur mulier. Quem quidem discessum ab adolescente exorauerunt difficillimo conatu consanguinei, sed eo exorato, in fæditatem, non multo post, illum rediisse læti cognovimus.

*Finis Libri Septimi.*

LAVS DEO, BEATISSIMAE VIRGINI, AC B. ALOYSIO.

LIBER